SAN JERÓNIMO

Comentario a Isaías

Commentarium in Isaiam

TOMO II · IV

SABBATISMUS

San Jerónimo (347–420)
Commentarium in Isaiam · Comentario a Isaías

Texto latino: dominio público.
Traducción, alineación y edición © 2026 Inversiones San Juan Diego (Sabbatismus). Licencia Creative Commons Atribución-CompartirIgual 4.0 Internacional (CC BY-SA 4.0).

Edición bilingüe frente a frente: latín en las páginas pares, español en las impares.
Sabbatismus es la editorial de la fundación Inversiones San Juan Diego, San Pedro Sula, Honduras.
Compuesto en EB Garamond y Cinzel.
sabbatismus.com

ÍNDICE

LIBRO SÉPTIMO. 5
LIBRO OCTAVO. 89
LIBRO NOVENO. 161
Libro D 231
LIBRO UNDÉCIMO. 281
Libro D 341

LIBER SEPTIMUS.

Septimus liber idem juxta anagogen secundus est, immo extremus. In hoc enim decem visionum tropologica explanatio terminatur: quem [Al. quam] cum tuis, Eustochium, precibus, et Christo auxiliante complevero, veniam ad octavum, et utramque explanationem juxta priores, usque ad quartum, libros, pariter explicabo.

(Cap. XVII.---Vers. 1.) Onus Damasci. Symmachus et Theodotio, Assumptio Damasci: LXX, Verbum contra Damascum, addentes de suo, quod in Moab fecere principio. Damasci primum nomen in Genesi legimus, qui ante Isaac fuit vernaculus Abraham, et putabatur haeres, nisi esset Sarae filius ex promissione generatus (Genes. XV). Interpretatur autem aut sanguinis osculum, aut sanguinem bibens, aut sanguis cilicii, quae omnia populo conveniunt Ethnicorum, qui ante fidem Christi, amicus erat sanguinis et crudelitatis, et digna opera planctu agebat, et sacco. In Dierum libro (II Par. XXIV) narrat historia, quod impleto anno ascenderit contra Joas regem Judae exercitus Syriae, et venerit in Jerusalem, et omnes principes populi interfecerit, cunctamque praedam miserit regi Damasci, qui cum paucis viris venerat: et Deus tradiderat in manu eorum multitudinem magnam nimis, eo quod reliquissent Dominum Deum patrum suorum: quod juxta anagogen et futurorum typum considerandum est, utrum ad tempus Dominici adventus referre valeamus. Post finem enim anni acceptabilis, in quo a Salvatore est Evangelium praedicatum, ascendit de Damasco gentium exercitus in paucis viris contra Judam et Jerusalem, qui reliquerant Dominum: et omnes eorum Legis ac Prophetarum abstulere divitias, et miserunt regi Damasci, viros scilicet Ecclesiasticos et doctrinae Evangelicae, qui ad comparationem totius mundi, adhuc tunc infidelis, et in toto orbe dispersorum Judaeorum, pauci erant; et tamen Dominus tradidit Jerusalem in manibus eorum, eo quod dereliquissent Dei Filium, qui per prophetas ante praedictus est (Act. IX). Ergo [Forte Ego] ob hanc causam reor, et Saulum, qui postea Pauli ex virtute nomen accepit, quia aemulator erat Legis, isse Damascum, et contra credentes ex gentibus pugnare voluisse, ibique superatum, eos secutum qui in Damasco versabantur, ut inde rursum Jerusalem Judaeos expugnaturus ascenderet. Nec alicui videatur esse contrarium, si in Paralipomenon libro laeta de Damasco, et nunc in Isaia tristia praedicentur: quia et de ipso Israel, qui certe portio Dei est, nunc adversa, nunc prospera nuntiantur.

LIBRO SÉPTIMO.

El séptimo libro es el mismo que el segundo según la anagogía, o más bien el último. Pues en este termina la explicación tropológica de las diez visiones: el cual, cuando haya completado con tus oraciones, Eustoquio, y con la ayuda de Cristo, vendré al octavo, y explicaré ambas explicaciones por igual según los libros anteriores, hasta el cuarto.

(Cap. 17, Vers. 1.) La carga de Damasco. Símaco y Teodoción, «La asunción de Damasco»: los Setenta, «La palabra contra Damasco», añadiendo de su cosecha lo que hicieron al principio de Moab. Leemos por primera vez el nombre de Damasco en el Génesis, quien fue el siervo vernáculo de Abrahán antes de Isaac, y era considerado heredero, a no ser que fuera generado un hijo de Sara a partir de la promesa (Gén. 15). Se interpreta, sin embargo, ya sea como «beso de sangre», o «bebiendo sangre», o «sangre de cilicio», todas las cuales cosas convienen al pueblo de los gentiles, que antes de la fe de Cristo era amigo de la sangre y la crueldad, y hacía obras dignas de llanto y de cilicio. En el libro de los Días (2 Crón. 24) narra la historia que, cumplido el año, subió contra Joás rey de Judá el ejército de Siria, y vino a Jerusalén, e mató a todos los príncipes del pueblo, y envió todo el botín al rey de Damasco, que había venido con pocos hombres: y Dios había entregado en su mano una multitud excesivamente grande, porque habían dejado al Señor Dios de sus padres: lo cual ha de ser considerado según la anagogía y como tipo de las cosas futuras, si somos capaces de referirlo al tiempo del advenimiento del Señor. Pues después del fin del año aceptable, en el cual fue predicado el Evangelio por el Salvador, subió de Damasco el ejército de las naciones con pocos hombres contra Judá y Jerusalén, que habían dejado al Señor: y se llevaron todas sus riquezas de la Ley y de los Profetas, y las enviaron al rey de Damasco, a saber, los hombres eclesiásticos y de la doctrina evangélica, quienes en comparación con todo el mundo, todavía entonces infiel, y con los judíos dispersos por todo el orbe, eran pocos; y sin embargo el Señor entregó Jerusalén en sus manos, porque habían abandonado al Hijo de Dios, que fue antes predicho por los profetas (Hech. 9). Por esta causa creo yo, tanto que Saulo —que después recibió el nombre de Pablo por la virtud— porque era celador de la Ley, fue a Damasco, y quiso luchar contra los creyentes de entre las naciones, y allí vencido, siguió a los que moraban en Damasco, para que desde allí subiera de nuevo a combatir a los judíos de Jerusalén. Ni le parezca a nadie que sea contrario si en el libro de los Paralipómenos se predican cosas alegres de Damasco, y ahora en Isaías cosas tristes: porque también del mismo Israel, que ciertamente es la porción de Dios, ahora se anuncian cosas adversas, ahora prósperas.

Et quomodo ad Israel juxta carnem, et ad gentes dicitur: Vos gentes juxta carnem, qui dicimini praeputium ab ea quae appellatur in carne Circumcisio: sic econtrario est Israel juxta spiritum, et sunt gentes juxta spiritum, et inter caeteras gentes est Damascus juxta spiritum, ne tantum Judaicis fabulis acquiescamus.

(Vers. 1 seqq.) Ecce Damascus desinet esse civitas, et erit sicut acervus lapidum in ruina. Derelictae civitates Aroer gregibus erunt, et requiescent ibi, et non erit qui exterreat, et cessabit adjutorium ab Ephraim, et regnum de Damasco, et reliquiae Syriae, sicut gloria filiorum Israel erunt, dicit Dominus exercituum.

Sicut in titulo demonstratum est, per Damascum vocatio gentium significatur, quae amabant vel bibebant sanguinem, quae postquam in Christum crediderint, pristinae conversationis civitates esse desistent, et erunt sicut acervus lapidum in ruina. Quomodo enim acervi lapidum, qui in agris dispersi sunt, in unum tumulum comportantur: sic de universis nationibus acervus credentium congregatus est in ruina populi Judaeorum, illis cadentibus, et nobis surgentibus. Derelictae quoque civitates AROER (), id est, myrice, Ecclesiasticis gregibus erunt, ut quas Judaei deseruerunt, nos incolamus: sive destructa idololatria exstruetur Evangelium. Hoc et nostris temporibus videmus esse completum: Serapium Alexandriae, et Marnae templum Gazae in ecclesias Domini surrexerunt, et civitates Aroer Evangelicis gregibus praeparatae sunt. Aroer, id est, myrice, nascuntur in desertis locis, juxta illud quod scriptum est in maledictione ejus hominis qui confidit in homine, et a Domino recedit cor ejus: Erit, inquit, quasi myrice in deserto, et non videbit bonum cum venerit; sed habitabit in siccitate, in deserto, in terra salsuginis et inhabitabili (Jerem. XVII, 5, 6). Alii vero dicunt ex hac arbore maleficis artibus mistra, id est, odia concitari. Ergo qui prius erant in deserto gentilium, et in odio nominis Christiani, Christi gregibus servient, qui requiescent in eis, et non erit qui exterreat, quia Dominus habitabit inter eos, et praesente Pastore, lupum timere non poterunt.

Y así como se dice al Israel según la carne, y a las naciones: «Vosotros naciones según la carne, que sois llamados prepucio por aquella que se llama circuncisión en la carne»: así al contrario existe el Israel según el espíritu, y existen las naciones según el espíritu, y entre las demás naciones está Damasco según el espíritu, para que no asintamos solo a las fábulas judaicas.

(Vers. 1 sigs.) He aquí que Damasco dejará de ser ciudad, y será como un montón de piedras en ruina. Las ciudades desiertas de Aroer serán para los rebaños, y descansarán allí, y no habrá quien los espante, y cesará el auxilio de Efraín, y el reino de Damasco, y las reliquias de Siria serán como la gloria de los hijos de Israel, dice el Señor de los ejércitos.

Como se ha demostrado en el título, por Damasco se significa la vocación de las naciones, que amaban o bebían sangre; las cuales, después de que hayan creído en Cristo, dejarán de ser ciudades de su antigua conversación, y serán como un montón de piedras en ruina. Pues así como los montones de piedras, que están dispersos en los campos, son comportados en un solo túmulo: así de todas las naciones el montón de los creyentes ha sido congregado en la ruina del pueblo de los judíos, cayendo ellos y surgiendo nosotros. Las ciudades desiertas también de AROER, esto es, mírice (tamarisco), serán para los rebaños eclesiásticos, para que las que los judíos desertaron, nosotros las habitemos: o bien, destruida la idolatría, sea edificado el Evangelio. Esto vemos que se ha cumplido también en nuestros tiempos: el Serapeo de Alejandría y el templo de Marnas en Gaza han surgido como iglesias del Señor, y las ciudades de Aroer han sido preparadas para los rebaños evangélicos. Aroer, esto es, mírice, nace en lugares desiertos, según aquello que está escrito en la maldición de aquel hombre que confía en el hombre, y de cuyo corazón se aparta el Señor: «Será», dice, «como mírice en el desierto, y no verá el bien cuando venga; sino que habitará en la sequedad, en el desierto, en tierra de salinidad e inhabitable» (Jer. 17, 5-6). Otros, sin embargo, dicen que de este árbol se concitan «mistra», esto es, «odios», por artes maléficas. Por lo tanto, los que antes estaban en el desierto de los gentiles, y en el odio al nombre cristiano, servirán a los rebaños de Cristo, que descansarán en ellos, y no habrá quien los espante, porque el Señor habitará entre ellos, y estando presente el Pastor, no podrán temer al lobo.

Tunc cessabit adjutorium Dei ab Ephraim, qui in hoc loco intelliguntur Scribae, et Pharisaei, juxta Osee prophetiam, qui contrarios populo Dei, Ephraim nominat (Osee V et VIII). Et regnum cessabit a Damasco, ut nequaquam peccatum, et peccati princeps diabolus regnet in Damasco, quae prius sanguinem diligebat; sed reliquiae Syriae, id est, qui ex gentibus crediderunt sint sicut prius fuerant filii Israel, ablato ab illis regno Dei, et tradito gentibus, quae faciunt fructum ejus, sicut Dominus Deus exercituum locutus est per omnes prophetas suos.

(Vers. 4-6.) Et erit in die illa, attenuabitur gloria Jacob, et pingues carnes ejus tabescent. Et erit sicut congregans in messe quod restiterit, et brachium ejus spicas leget, et erit sicut quaerens spicas in valle Raphaim. Et relinquetur in eo sicut racemus, et sicut excussio olivae duarum aut trium olivarum in summitate rami, sive quatuor aut quinque in cacuminibus ejus fructus ejus, dicit Dominus Deus Israel.

Postquam reliquiae Syriae fuerint, sicut quondam fuerat gloria filiorum Israel, et delicto eorum salus gentibus data, tunc attenuabitur omnis gloria Judaeorum, qua gloriosi erant in universo orbe, et pingues carnes eorum tabescent, non habentium prophetas, non signa atque virtutes, non praesens auxilium Dei, non sacerdotii dignitatem: sed omne corpus gentis eorum emarcescet, et redigetur ad nihili. Cumque dicatur de vocatione gentium: Messis multa, operarii autem pauci (Matth. IX), illi pauperes messis reliquias, quae per Apostolos salvatae sunt, et rarissimas spicas legent, non de montibus, et erectis locis, sed in valle Raphaim, id est in litterae vilitate. Et considera quod Raphaim, qui gigantes interpretantur, sicut supra Ephraim. Pharisaeos Scribasque significent. Denique LXX, pro valle Raphaim, vallem duram interpretati sunt, ut duritiam cordis Judaici exprimerent. De quorum humilitate eliguntur quasi in stipula spicae et quasi in vindemia racemi, qui salvati fuerint: et sicut excussio olivae [Al. oleae.] duarum, aut trium olivarum, sive quatuor aut quinque. Quando enim venit percussio populi Judaeorum, oliva illa populi Israel, quae sub Moyse sexcenta millia habuit armatorum (Num. XXVI), et sub David, numerante Joab, innumerabilem populum (II Reg. XXIV), vix paucos fructus offerre potuit Domino Salvatori: duas olivas Paulum et Barnabam, et tres olivas Petrum et Jacobum, et Joannem (Act. XIII), qui et in monte transfiguratum Dominum conspexerunt, et ad archisynagogi filiam ire cum Domino meruerunt (Matth. XVII). Quatuor autem et quinque olivae reliquos novem faciunt Apostolos, in quibus Judae proditoris locum Matthias obtinuit, qui utique pro diversitate gratiarum, quae nobis ignota est, in quatuor et quinque olivas separati sunt, ut Evangeliorum numerum et Legis in se volumina demonstrarent, quasi praedicatores utriusque Instrumenti (Act. I).

Entonces cesará el auxilio de Dios de Efraín, que en este lugar se entienden como los escribas y fariseos, según la profecía de Oseas, que llama Efraín a los contrarios al pueblo de Dios (Os. 5 y 8). Y el reino cesará de Damasco, para que de ningún modo el pecado, y el príncipe del pecado el diablo, reine en Damasco, que antes amaba la sangre; sino que las reliquias de Siria, esto es, los que de entre las naciones creyeron, sean como antes habían sido los hijos de Israel, quitado de aquellos el reino de Dios y entregado a las naciones que hacen su fruto, tal como el Señor Dios de los ejércitos habló por todos sus profetas.

(Vers. 4-6.) Y será en aquel día, que se atenuará la gloria de Jacob, y la grasa de su carne enflaquecerá. Y será como el que congrega en la cosecha lo que hubiera quedado, y su brazo recogerá espigas, y será como el que busca espigas en el valle de los Rafaim. Y quedará en él como un racimo, y como el sacudimiento del olivo, de dos o tres olivas en la cima de una rama, o cuatro o cinco en las cumbres de su fruto, dice el Señor Dios de Israel.

Después de que las reliquias de Siria hayan sido como en otro tiempo había sido la gloria de los hijos de Israel, y por el delito de ellos la salvación fuera dada a las naciones, entonces se atenuará toda la gloria de los judíos, por la que eran gloriosos en todo el orbe, y la grasa de su carne enflaquecerá, no teniendo profetas, ni señales ni virtudes, ni el auxilio presente de Dios, ni la dignidad del sacerdocio: sino que todo el cuerpo de su nación se marchitará, y será reducido a nada. Y cuando se dice acerca de la vocación de las naciones: «La cosecha es mucha, pero los obreros pocos» (Mt. 9, 37), aquellos pobres recogerán las reliquias de la cosecha, que fueron salvadas por medio de los Apóstoles, y espigas raras, no de los montes y lugares elevados, sino en el valle de los Rafaim, esto es, en la vileza de la letra. Y considera que los Rafaim, que se interpretan «gigantes», al igual que Efraín arriba, significan a los fariseos y escribas. Finalmente, los Setenta, en lugar del valle de los Rafaim, interpretaron «el valle duro», para expresar la dureza del corazón judaico. De cuya humildad son elegidos como en el rastrojo las espigas y como en la vendimia los racimos, los que hubieran sido salvados: y como el sacudimiento del olivo de dos o tres olivas, o cuatro o cinco. Pues cuando vino la percusión del pueblo de los judíos, aquel olivo del pueblo de Israel —que bajo Moisés tuvo seiscientos mil armados (Núm. 26), y bajo David, numerando Joab, un pueblo innumerable (2 Sam. 24)— apenas pudo ofrecer unos pocos frutos al Señor Salvador: dos olivas, Pablo y Bernabé; y tres olivas, Pedro, Santiago y Juan (Hech. 13), quienes también contemplaron al Señor transfigurado en el monte, y merecieron ir con el Señor a la hija del archisinagogo (Mt. 17). Mas cuatro y cinco olivas hacen los restantes nueve Apóstoles, en los cuales Matías obtuvo el lugar de Judas el traidor, quienes ciertamente por la diversidad de gracias, que nos es desconocida, fueron separados en cuatro y cinco olivas, para que demostraran en sí el número de los Evangelios y los volúmenes de la Ley, como predicadores de ambos Instrumentos (Hech. 1).

(Vers. 7, 8.) In die illa inclinabitur homo ad factorem suum: et oculi ad Sanctum Israel respicient. Et non inclinabitur ad altaria, quae fecerunt manus ejus, et quae operati sunt digiti ejus: non respicient lucos et delubra. In illo tempore quando de populo Israel, cui prius dicebatur, Olivam fructiferam vocavit te Dominus Deus tuus (Jerem. XI, 16): et de quo in Psalmis legimus: Filii tui sicut novellae olivarum in circuitu mensae tuae (Ps. CXXVII, 3), pro siccitate gratiae spiritualis vix duas olivas, et tres, aut quatuor, aut quinque Dominus esuriens repererit, subintrabit gentium plenitudo, et nequaquam ad idola manufacta, sed ad Deum suum inclinabitur, et respiciens Sanctum Israel, et aras lucosque ac delubra contemnent, scientes illud scriptum: Omnis plantatio quam non plantavit coelestis pater, eradicabitur (Mat. 15, 13).

(Vers. 9, 10.) In die illa erunt civitates fortitudinis ejus derelictae sicut aratra et segetes, quae derelictae sunt a facie filiorum Israel. Et erit deserta, quia oblita es Dei Salvatoris tui, et fortis adjutoris tui non es recordata. LXX: In die illa erunt civitates tuae derelictae sicut dereliquerunt Amorrhaei, et Evaei a facie filiorum Israel. Et erunt desertae, quia dereliquisti Deum Salvatorem tuum, et Domini auxiliatoris tui non es recordata.

Quomodo sub Moyse, et Jesu filio Nave, Amorrhaei, et Evaei, sive caeterae gentes quae habitabant in terra repromissionis, dereliquerunt vomeres, et segetes, et acervos in agris, atque fugerunt, ne ab hostibus occuparentur: sic terra Judaea, et omnes urbes illius robustissimae, Romanis Judaeam vastantibus et obsidentibus Jerusalem, a suis habitatoribus derelictae sunt. Et fit apostropha ad ipsam terram Judaeae, id est, ad eos qui habitabant in illa. Haec autem universa perpessa es, quia oblita es Dei Salvatoris tui, qui interpretatur Jesus, quem tibi venturum Lex et Prophetae jugiter nuntiabant: et fortis adjutoris tui, qui tuus semper opitulator fuit, non es recordata. Causa ergo desertarum urbium Judaeae, oblivio Salvatoris est, qui in principio hujus Prophetae dixerat: Israel me non cognovit, et populus meus non intellexit.

(Vers. 11.) Propterea plantabis plantationem fidelem et germen alienum seminabis. In die plantationis tuae labrusca, et mane semen tuum florebit: ablata est messis in die haereditatis, et dolebit graviter. LXX: Ideo plantabis plantationem infidelem, et semen infidele, et in die qua plantaveris, errabis. Si autem mane seminaveris, florebit in messem in die haereditatis: quando sicut pater hominis dat haereditatem filiis suis.

(Vers. 7, 8.) En aquel día se inclinará el hombre a su hacedor: y sus ojos mirarán al Santo de Israel. Y no se inclinará a las aras que hicieron sus manos, y a lo que trabajaron sus dedos: no mirarán los bosques y santuarios. En aquel tiempo, cuando del pueblo de Israel —al cual antes se decía: «Olivo fructífero te llamó el Señor tu Dios» (Jer. 11, 16); y de quien leemos en los Salmos: «Tus hijos como renuevos de olivo alrededor de tu mesa» (Sal. 127, 3)— por la sequedad de la gracia espiritual, apenas dos olivas, y tres, o cuatro, o cinco encuentre el Señor hambriento, entrará la plenitud de las naciones, y de ningún modo a los ídolos hechos a mano, sino a su Dios se inclinarán; y mirando al Santo de Israel, despreciarán las aras y los bosques y santuarios, sabiendo aquello que está escrito: «Toda plantación que no plantó el padre celestial, será erradicada» (Mt. 15, 13).

(Vers. 9, 10.) En aquel día las ciudades de su fortaleza serán abandonadas como los arados y las mieses, que fueron abandonados ante la faz de los hijos de Israel. Y será desierta, porque te has olvidado del Dios de tu Salvador, y de tu fuerte auxiliador no te has acordado. LXX: En aquel día tus ciudades serán abandonadas como abandonaron los amorreos y los heveos ante la faz de los hijos de Israel. Y serán desiertas, porque has abandonado a Dios tu Salvador, y del Señor tu auxiliador no te has acordado.

Al igual que bajo Moisés, y Josué hijo de Nun, los amorreos y los heveos, o las demás naciones que habitaban en la tierra de la promesa, abandonaron las rejas de arado, y las mieses, y los montones en los campos, y huyeron para no ser ocupados por los enemigos: así la tierra de Judea, y todas sus ciudades más robustas, devastando los romanos Judea y sitiando Jerusalén, fueron abandonadas por sus habitantes. Y se hace una apóstrofe a la misma tierra de Judea, esto es, a aquellos que habitaban en ella. Mas todo esto lo has padecido porque te has olvidado del Dios de tu Salvador, que se interpreta Jesús, a quien la Ley y los Profetas te anunciaban incesantemente que vendría: y de tu fuerte auxiliador, que siempre fue tu socorredor, no te has acordado. Por tanto, la causa de las ciudades desiertas de Judea es el olvido del Salvador, quien al principio de este Profeta había dicho: «Israel no me conoció, y mi pueblo no me entendió».

(Vers. 11.) Por tanto plantarás una plantación fiel y sembrarás un germen ajeno. En el día de tu plantación la uva silvestre, y por la mañana tu semilla florecerá: ha sido quitada la cosecha en el día de la herencia, y dolerá gravemente. LXX: Por tanto plantarás una plantación infiel, y una semilla infiel, y en el día en que hubieres plantado, errarás. Mas si por la mañana hubieres sembrado, florecerá para la cosecha en el día de la herencia: cuando como el padre de un hombre da la herencia a sus hijos.

Pro eo quod nos juxta Aquilam et Symmachum et LXX interpretati sumus, in die haereditatis, quod Hebraice dicitur BIOM NEHELA (), legi potest in Hebraico, in die pessima. Et pro eo quod Aquila et Theodotio interpretati sunt, et dolebit homo: nos docti ab Hebraeis, pro homine qui lingua eorum dicitur ENOS, interpretati sumus ANUS (), id est, graviter: De cujus verbi ambiguitate, si vitae hujus spatium fuerit, in Jeremia plenius disseremus, ubi juxta LXX dicitur: Et homo est, et quis cognoscet eum? Dicam ergo quod proposui: Quia oblita es, terra Judaea, Dei Salvatoris tui, et ejus qui tibi semper praebuit fortitudinem, non es recordata; propterea plantabis quidem plantationem fidelem, sive ut Aquila et Theodotio interpretati sunt, pulchram; aut ut Symmachus, bonam, unum Deum praedicans: sed germen alienum seminabis, non recipiens Patrem, quia non recipis Filium. Qui enim credit in Patrem, credit et in Filium. Et quia germen alienum blasphemiae contra Jesum seminasti in synagogis Satanae, ideo non vindemiabis uvam, sed labruscam. Cumque visum fuerit florere germen tuum, et aliquam habere pietatis umbram, dum homines ab idolis retrahis: tamen quando ad fructus veneris colligendos in die haereditatis dolebis graviter, cernens gentium populum tibi esse praelatum. Unde et Apostolus loquitur: Tristitia mihi est magna, et indesinens dolor cordi meo. Optabam enim ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei juxta carnem, qui sunt Israelitae, quorum est adoptio filiorum, et legislatio, et gloria, et testamentum, et repromissio.

(Vers. 12 seqq.) Vae multitudo populorum multorum, ut multitudo maris sonantis, et tumultus turbarum, sicut sonitus aquarum multarum sonabunt. Populi sicut multitudo aquarum inundantium sonabunt: et increpabit eum, et fugiet procul, et rapietur sicut pulvis montium a facie venti, et sicut turbo coram tempestate. In tempore vesperae, et ecce turbatio: in matutino, et non subsistet. Haec est pars eorum, qui vastaverunt nos, et sors diripientium nos.

Supra legimus sub nomine Damasci, vocationem gentium, et abjectionem Judaeorum, et per Apostolos, atque in Apostolis, paucorum de Judaeis credentium electionem. Et quoniam ad comparationem totius mundi et universarum gentium, parva pars populi credidit Christiani, de quibus supra dictum est: Et reliquiae Syriae sicut gloria filiorum Israel erunt (Multi enim (Matth. XXII, 14) vocati, pauci vero electi); et: Non est omnium fides (II Thess. III, 2): nunc consequenter infertur non planctus, sed vae his gentibus quae credere noluerant, et persecutae sunt populum christianum.

En lugar de lo que nosotros, siguiendo a Aquila y Símaco y los LXX, hemos interpretado como «en el día de la herencia», que en hebreo se dice BIOM NEHELA, puede leerse en hebreo «en el día pésimo». En lugar de lo que Aquila y Teodoción interpretaron como «y dolerá el hombre»: nosotros, enseñados por los hebreos, en lugar de «hombre», que en su lengua se dice ENOS, hemos interpretado ANUS, esto es, «gravemente»: sobre la ambigüedad de cuya palabra, si hubiere espacio en esta vida, disertaremos más plenamente en Jeremías, donde según los LXX se dice: «Y es hombre, ¿y quién lo conocerá?». Diré, pues, lo que me propuse: Porque te has olvidado, tierra de Judea, del Dios de tu Salvador, y de aquel que siempre te proporcionó fortaleza, no te has acordado; por tanto plantarás ciertamente una plantación fiel, o como Aquila y Teodoción interpretaron, hermosa; o como Símaco, buena, predicando a un solo Dios: pero sembrarás un germen ajeno, no recibiendo al Padre, porque no recibes al Hijo. Pues quien cree en el Padre, cree también en el Hijo. Y porque sembraste un germen ajeno de blasfemia contra Jesús en las sinagogas de Satanás, por eso no vendimiarás la uva, sino la uva silvestre. Y cuando haya parecido florecer tu germen, y tener alguna sombra de piedad, mientras retiras a los hombres de los ídolos: sin embargo, cuando llegues a recoger los frutos en el día de la herencia dolerás gravemente, viendo que el pueblo de las naciones te es antepuesto. De donde también el Apóstol habla: «Tengo una gran tristeza, e incesante dolor en mi corazón. Pues yo mismo deseaba ser anatema de Cristo por mis hermanos, que son mis parientes según la carne, que son israelitas, de quienes es la adopción de hijos, y la legislación, y la gloria, y el testamento, y la promesa».

(Vers. 12 sigs.) ¡Ay!, multitud de muchos pueblos, como multitud de mar sonante; y el tumulto de las turbas, como el sonido de muchas aguas sonarán. Los pueblos como multitud de aguas inundantes sonarán: y él lo reprenderá, y huirá lejos, y será arrebatado como el polvo de los montes ante la faz del viento, y como el torbellino ante la tempestad. En el tiempo de la tarde, y he aquí la turbación: por la mañana, y no subsistirá. Esta es la parte de los que nos han devastado, y la suerte de los que nos despojan.

Arriba leímos bajo el nombre de Damasco la vocación de las naciones, y el rechazo de los judíos, y por los Apóstoles, y en los Apóstoles, la elección de unos pocos de entre los judíos creyentes. Y puesto que en comparación con todo el mundo y con todas las naciones, una pequeña parte del pueblo creyó como cristiano, de quienes arriba se dijo: «Y las reliquias de Siria serán como la gloria de los hijos de Israel» (pues muchos son los llamados, pero pocos los elegidos (Mt. 22, 14)); y: «No es de todos la fe» (2 Tes. 3, 2): ahora consecuentemente se introduce no un llanto, sino un ay para estas naciones que no habían querido creer, y han perseguido al pueblo cristiano.

Comparanturque undarum molibus et frementi mari, et quantum in se est, cuncta opprimere et occupare cupienti. Sonabunt enim populi in spectaculis theatralis luxuriae, et amphiteatri crudelitate, et circi furoribus, sicut sonitus aquarum inundantium, quando consona impietatis voce blasphemant, et dicunt Christianos ad leones et bestias projici, et caetera hujuscemodi. Sed illis instar maris furentibus, increpabit Dominus auctorem seditionis eorum, et fugabit eum a suo populo. Et sicut pulvis motus in montibus, quanto excelsior est, tanto fortius rapitur; et sicut turbo, qui de terra consurgit, subita tempestate fertur in sublime: ita et ille raptus, a Dei populo separabitur ac fugiet, ne in abyssos relegetur. Cumque dies consummationis advenerit, quod interpretatur vespera, tunc erit turbatio, sua peccata noscentis. Et in tempore matutino, die videlicet resurrectionis, non subsistet, quod LXX transtulerunt, non erit. Si autem non erit, quid respondebit?

(Cap. XVIII---Vers. 1 seqq.) Vae terrae cymbalo alarum, quae est trans flumina Aethiopiae, qui mittit in mari legatos, et in vasis papyri super aquas: ite, Angeli veloces, ad gentem convulsam, et dilaceratam: ad populum horribilem, post quem non est alius: ad gentem exspectantem, exspectantem et conculcatam, cujus diripuerunt flumina terram ejus. Omnes habitatores orbis, qui moramini in terra, cum elevatum fuerit signum in montibus, videbitis et clangorem tubae audietis. LXX: Vae terrae navium alarum trans flumina Aethiopiae, qui mittis in mari obsides, et epistolas biblinas super aquam. Ibunt enim nuntii leves ad gentem excelsam, et peregrinum populum et pessimum, qui est trans eum: gens absque spe, et conculcata, nunc flumina terrae omnis sicut regio quae habitatur [Al. habitabitur]: habitabitur regio eorum, quomodo si signum de monte elevetur, et tubae vox audiatur.

Utramque editionem posui in prophetia obscurissima ne quid volentibus intelligere quod scriptum est, deesse videatur. Simulque vehementer admiror eos, qui fidem nostram, et spem Christianam arbitrantur, simplicitate contentam, quia scriptum est: Mandatum Dei lucidum illuminans oculos (Ps. XVIII, 9): nec plus debere nos quaerere, quam ut fiant, quae praecepta sunt: cum idcirco et omnis Scriptura, et Prophetae specialiter futurorum mysteriis involuti sint, ut provocent nos ad intelligentiam, et ad illud quod in Evangelio dicitur: Petite, et accipietis: quaerite, et invenietis: pulsate, et aperietur vobis. Quia ergo juxta historiam et id quod in Hebraeo continetur, in quinto libro exposui, nunc quid mihi juxta anagogen videatur, edisseram. Prudens forsitan lector inquirat, quid sibi velit in Visione, vel Onere Damasci, alarum cymbalum et caetera quae sequuntur.

Y se comparan a las moles de las olas y al mar bramante, y cuanto está en sí, deseando oprimir y ocupar todas las cosas. Pues los pueblos sonarán en los espectáculos de la lujuria teatral, y en la crueldad del anfiteatro, y en los furores del circo, como el sonido de aguas inundantes, cuando con voz consonante de impiedad blasfeman, y dicen que los cristianos sean arrojados a los leones y a las bestias, y otras cosas de este tipo. Pero bramando aquellos a semejanza del mar, el Señor reprenderá al autor de la sedición de ellos, y lo ahuyentará de su pueblo. Y como el polvo movido en los montes, cuanto más excelso es, tanto más fuertemente es arrebatado; y como el torbellino, que surge de la tierra, es llevado a lo sublime por una súbita tempestad: así también aquel, arrebatado, será separado del pueblo de Dios y huirá, para no ser relegado a los abismos. Y cuando llegare el día de la consumación, que se interpreta como tarde, entonces habrá turbación para quien conoce sus pecados. Y en el tiempo matutino, a saber, el día de la resurrección, no subsistirá, lo cual los LXX tradujeron como «no será». Pero si no será, ¿qué responderá?

(Cap. XVIII — Vers. 1 sigs.) ¡Ay de la tierra del címbalo de alas, que está más allá de los ríos de Etiopía, que envía legados por mar, y en vasos de papiro sobre las aguas: id, Ángeles veloces, a la nación convulsa y despedazada: al pueblo horrible, después del cual no hay otro: a la nación que espera, que espera y es conculcada, cuyos ríos despojaron su tierra. Todos los habitantes del orbe, que moráis en la tierra, cuando se eleve la señal en los montes, veréis y oiréis el clamor de la trompeta. LXX: ¡Ay de la tierra de las naves de alas más allá de los ríos de Etiopía, que envías rehenes por el mar, y cartas biblinas sobre el agua. Pues irán nuncios ligeros a la nación excelsa, y al pueblo peregrino y pésimo, que está más allá de él: nación sin esperanza, y conculcada, ahora los ríos de toda la tierra son como la región que se habita [Al. será habitada]: será habitada la región de ellos, como si se elevara una señal desde el monte, y se oyera la voz de la trompeta.

He puesto ambas ediciones en una profecía oscurísima para que nada parezca faltar a los que quieren entender lo que está escrito. Y al mismo tiempo admiro vehementemente a aquellos que consideran que nuestra fe, y la esperanza cristiana, se contentan con la simplicidad, porque está escrito: «El mandato de Dios es lúcido, iluminando los ojos» (Sal. 18, 9): ni que debamos buscar más que se hagan las cosas que están mandadas: cuando por eso tanto toda la Escritura, como los Profetas especialmente, están envueltos en misterios de las cosas futuras, para que nos provoquen al entendimiento, y a aquello que se dice en el Evangelio: «Pedid, y recibiréis; buscad, y hallaréis; llamad, y se os abrirá». Puesto que, por tanto, según la historia y lo que se contiene en el hebreo, lo expuse en el quinto libro, ahora expondré lo que me parece según la anagogía. El prudente lector tal vez pregunte qué quiere decir [el profeta] en la Visión, o Carga de Damasco, por el címbalo de alas y lo demás que sigue.

Postquam de vocatione gentium dictum est, de objectione Judaeorum, et electione eorum, qui per Apostolos crediderunt, et postea de gentium multitudine et persecutoribus, qui maris fluctibus comparati sunt: sequebatur, ut de haeresibus quoque, quae Ecclesiam vexaverunt, et hucusque populantur, sermo propheticus nuntiaret, qui, dormiente patrefamilias, in agro Ecclesiae superseminaverunt zizania (Matth. XIII). Et dicuntur cymbalum, charitatem Dei non habentes, juxta illud Apostoli: Si linguis hominum loquar et Angelorum: charitatem autem non habeam, factus sum velut aes sonans aut cymbalum tinniens (I Cor. XIII, 1). Et non solum cymbalum rauco concrepans sonitu, sed propter levitatem sermonis haeretici in diversa currentis, alarum cymbalum dicuntur, sive juxta Septuaginta, alae navium, qui magna mercimonia promittentes, navigant in saeculi istius fluctibus. Alas autem navium, vela quibus suspenduntur, et trahuntur, intellige. Et pulchre alas dixit navium, omnis enim haereticus pollicetur excelsa, et cum alas habere se jactet, tamen haeret in salsis fluctibus, et procul non recedit a terra, in medioque cursu patitur repente naufragium. Unde Aquila pro cymbalo, umbram alarum, interpretatus est, non enim habent alas, sed alarum similitudinem. Quodque infert, quae est trans flumina Aethiopiae, hoc significat, quod impietate sua omnes vincant haeretici. Verbi gratia: Dicit Epicurus non esse providentiam, et voluptatem maximum bonum. Comparatione hujus sceleratior Marcion, et omnes haeretici, qui vetus lacerant Testamentum. Cum enim recipiant providentiam, accusant Creatorem, et asserunt eum in plerisque operibus errasse, et non ita fecisse, ut facere debuerat. Ad quam enim utilitatem hominum, serpentes, scorpios, crocodilos, et pulices, cimicesque et culices pertinere? Isti ergo trans flumina Aethiopiae sunt, et mittunt in mari hujus saeculi legatos, id est, discipulos suos, qui eorum portantes volumina, recte vasa papyri, id est, chartacia super aquas portare dicuntur, quae delentur velociter. Sicut enim libri juxta aquas et humores cito obscurantur, delentur et pereunt: ita sermo eorum atque doctrina, cum in principio aliquam visa fuerit fortitudinem possidere, pertransit et labitur. Itaque per ironiam dicitur ad eos: O Angeli haereticorum, ite veloces. Quos beatus apostolus Paulus falsos apostolos, operarios fraudulentos, qui in Apostolos Christi transfigurentur, appellat (II Cor. XI). Et ite ad gentem avulsam et laceratam: avulsam a Deo, et haereticorum morsibus laniatam. Ad populum horribilem; nihil enim horribilius blasphemia, quae ponit in excelsum os suum.

Después de que se habló de la vocación de las naciones, del rechazo de los judíos, y de la elección de aquellos que creyeron por los Apóstoles, y después de la multitud de las naciones y los perseguidores, que fueron comparados a los flujos del mar: seguía que el discurso profético anunciara también sobre las herejías que han vejado a la Iglesia, y hasta ahora la devastan, quienes, durmiendo el padre de familia, sobresembraron cizaña en el campo de la Iglesia (Mt. 13). Y se llaman címbalo, no teniendo la caridad de Dios, según aquello del Apóstol: «Si hablare las lenguas de los hombres y de los Ángeles: pero no tuviere caridad, he sido hecho como bronce que suena o címbalo que retiñe» (1 Cor. 13, 1). Y no solo címbalo que suena con sonido ronco, sino que por la ligereza del discurso herético que corre hacia diversas cosas, se llaman címbalo de alas, o según los Setenta, «alas de naves», que prometiendo grandes mercancías, navegan en los flujos de este siglo. Mas por alas de las naves, entiende las velas por las cuales son suspendidas y arrastradas. Y bellamente dijo alas de naves, pues todo herético promete cosas excelsas, y jactándose de que tiene alas, sin embargo se queda pegado en los flujos salados, y no se aleja mucho de la tierra, y en medio del curso padece repentinamente naufragio. De donde Aquila, en lugar de címbalo, interpretó «la sombra de las alas», pues no tienen alas, sino la semejanza de las alas. Y lo que añade, «que está más allá de los ríos de Etiopía», significa esto: que en su impiedad todos los heréticos vencen. Por ejemplo: Dice Epicuro que no hay providencia, y que el placer es el máximo bien. En comparación con este, más criminal es Marción, y todos los heréticos que despedazan el Antiguo Testamento. Pues aunque admiten la providencia, acusan al Creador, y afirman que erró en muchísimas obras, y no lo hizo como debió haberlo hecho. Pues ¿a qué utilidad de los hombres pertenecen las serpientes, escorpiones, cocodrilos, y pulgas, chinches y mosquitos? Estos, pues, están más allá de los ríos de Etiopía, y envían legados al mar de este siglo, esto es, sus discípulos, quienes llevando sus volúmenes, rectamente se dicen llevar «vasos de papiro», esto es, de papel sobre las aguas, que se borran velozmente. Pues como los libros cerca de las aguas y la humedad pronto se oscurecen, se borran y perecen: así su discurso y doctrina, aunque al principio haya parecido poseer alguna fortaleza, pasa y se desliza. Por tanto, se dice a ellos por ironía: Oh Ángeles de los heréticos, id veloces. A quienes el bienaventurado apóstol Pablo llama falsos apóstoles, obreros fraudulentos, que se transfiguran en Apóstoles de Cristo (2 Cor. 11). E id a la nación arrancada y lacerada: arrancada de Dios, y despedazada por las mordeduras de los heréticos. Al pueblo horrible; pues nada es más horrible que la blasfemia, que pone su boca en lo excelso.

Post quem non est alter populus: omne quippe peccatum comparatum blasphemiae, levius est. Gentem exspectantem, exspectantem, et conculcatam. Nam omnes haeretici sibi coelestia repromittunt, et pollicentur ingentia, et tamen a daemonibus conculcantur. Cujus terram diripuerunt flumina, quae non de coelo habent aquas, sed de terra. Quis enim angulus est, quae extrema solitudo terrarum, ad quam non turbidus haereticorum sermo perveniat? Itaque omnes qui habitant et morantur in orbe terrarum, ad haereticorum signum, quod quasi in montibus elevatum est, erigunt oculos suos, et clangorem tubae, id est, doctrinae eorum, audiunt. Haec juxta Hebraicum.

Caeterum secundum LXX planguntur alae haereticorum, quae instar navium per mare hujus saeculi volitant, et impietatem superant ethnicorum, quos nunc Aethiopes Scriptura cognominat: et dicitur ad doctrinam eorum, atque sermonem: Qui mittis in mari hujus saeculi libros, obsides perversitatis tuae, et epistolas ad decipiendos eos, qui lecturi sunt. Pergunt nuntii leves ad gentem excelsam, et peregrinum populum, et pessimum. Nullus enim ecclesiasticorum tantum habet studii in bono, quantum haeretici in malo, et in eo se lucrum putant consequi, si alios decipiant, et ipsi perditi caeteros perdant. Gens autem vocatur excelsa propter superbiam: et peregrina et pessima, quia aliena a Deo est. Vere gens sine spe, et conculcata, cujus flumina in tota terra imitantur habitationem Ecclesiae, ut inveniant sibi hospitium et regionem, in qua elevent signum doctrinae suae, in qua Scripturarum clangant tuba.

(Vers. 4 seqq.) Quia haec dicit Dominus ad me, quiescam, et considerabo in loco meo: sicut meridiana lux clara est, et sicut nubes roris in die messis. Ante messem enim totus effloruit, et immatura perfectio germinabit, et praecidentur ramusculi ejus falcibus: et quae derelictae fuerint, abscindentur, excutientur. Et relinquentur simul avibus montium, et bestiis terrae, et aestate perpetua erunt super eum volucres, et omnes bestiae terrae super illum hyemabunt. In tempore illo deferetur munus Domino exercituum a populo divulso, et dilacerato, a populo horribili, post quem non fuit alius, a gente exspectante, exspectante et conculcata, cujus diripuerunt flumina terram ejus, ad locum nominis Domini exercituum montem Sion.

Quiescit et comtemplatur Deus in loco suo, sive juxta Aquilam, in firmamento, id est, in Ecclesia, de qua Paulus Apostolus loquitur: Columna et firmamentum veritatis (I Tim. III, 15). Contemplatur autem ea quae fiunt in Ecclesia; et sicuti meridiana lux clara est, ita universa perlustrat: juxta illud quod in decimo octavo Psalmo secundum Anagogen de sole justitiae dicitur: Nec est qui se abscondat a calore ejus (Ps. XVIII, 7). Et quomodo nubes roris in die messis, et in ferventi aestate gratissima est, sic Dominus habitatores Ecclesiae suae refrigerat, quo praesente cuncta florescunt.

Después del cual no hay otro pueblo: pues ciertamente todo pecado comparado con la blasfemia es más ligero. Nación que espera, que espera, y conculcada. Pues todos los heréticos se prometen a sí mismos cosas celestiales, y prometen cosas ingentes, y sin embargo son conculcados por los demonios. Cuya tierra despojaron los ríos, que no tienen aguas del cielo, sino de la tierra. Pues ¿qué rincón hay, qué extrema soledad de las tierras, a la cual no llegue el turbio discurso de los heréticos? Por tanto, todos los que habitan y moran en el orbe de las tierras, ante la señal de los heréticos, que se eleva como en los montes, erigen sus ojos, y oyen el clamor de la trompeta, esto es, de la doctrina de ellos. Esto según el hebreo.

Por lo demás, según los LXX se lamentan las alas de los heréticos, que a semejanza de naves vuelan por el mar de este siglo, y superan la impiedad de los étnicos [paganos], a quienes ahora la Escritura denomina etiopes: y se dice a su doctrina y discurso: Tú que envías libros al mar de este siglo, rehenes de tu perversidad, y cartas para engañar a los que han de leer. Marchan nuncios ligeros a la nación excelsa, y al pueblo peregrino y pésimo. Pues ninguno de los eclesiásticos tiene tanto estudio en el bien como los heréticos en el mal, y en ello piensan conseguir lucro, si engañan a otros, y perdidos ellos mismos pierdan a los demás. Mas la nación se llama excelsa por la soberbia: y peregrina y pésima, porque es ajena a Dios. Verdaderamente nación sin esperanza, y conculcada, cuyos ríos en toda la tierra imitan la habitación de la Iglesia, para que hallen para sí hospicio y región en la cual eleven la señal de su doctrina, en la cual clamen con la trompeta de las Escrituras.

(Vers. 4 sigs.) Porque esto me dice el Señor: descansaré, y consideraré en mi lugar: como la luz del mediodía es clara, y como nube de rocío en el día de la cosecha. Pues antes de la cosecha todo floreció, y brotará una perfección inmadura, y sus sarmientos serán cortados con podaderas: y lo que hubiere quedado, será cortado, será sacudido. Y serán dejados juntos a las aves de los montes y a las bestias de la tierra, y en verano perpetuo estarán sobre él las volátiles, y todas las bestias de la tierra invernarán sobre él. En aquel tiempo se llevará un don al Señor de los ejércitos por un pueblo arrancado y despedazado, por un pueblo horrible, después del cual no hubo otro, por una nación que espera, que espera y conculcada, cuyos ríos despojaron su tierra, al lugar del nombre del Señor de los ejércitos, el monte Sión.

Descansa y contempla Dios en su lugar, o según Aquila, «en el firmamento», esto es, en la Iglesia, de la cual habla el apóstol Pablo: «Columna y firmamento de la verdad» (1 Tim. 3, 15). Mas contempla aquello que se hace en la Iglesia; y así como la luz del mediodía es clara, así lo recorre todo: según aquello que en el salmo dieciocho se dice según la anagogía sobre el sol de justicia: «Ni hay quien se esconda de su calor» (Sal. 18, 7). Y como la nube de rocío en el día de la cosecha, y en el ferviente verano es gratísima, así el Señor refresca a los habitantes de su Iglesia, en cuya presencia todo florece.

Et antequam tempus consummationis adveniat, quia nunc ex parte cognoscimus et ex parte prophetamus, multi perfecti reperientur, de quibus Apostolus loquitur: Quotquot perfecti hoc sentiamus (I Cor. XIII; Philip. III, 15). Ramusculi autem, qui inutiles sunt, falcibus praecidentur, dicente in Evangelio Salvatore: Ego sum vitis vera, et Pater meus agricola est. Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum, et omnem qui fert fructum, purgabit eum, ut fructum plus afferat (Joan. XV, 2). Et quae praecisa fuerint, relinquentur avibus montium et bestiis terrae. Avibus, quae juxta viam seminata populantur, et bestiis, quibus traditur anima non confitens Deum, ita ut qui a Domino praecisus fuerit et abjectus, et de corpore illius, quod est Ecclesia separatus, tam in aestate quam in hyeme, hoc est, in prosperis et adversis, volucrum et bestiarum mansio sit. Sicut autem hi qui inutiles sunt et infructuosi in Ecclesia, amputantur et projiciuntur, ne modicum fermentum totam massam corrumpat: sic econtrario fieri potest, ut qui haeretico fuerant errore decepti, et avulsi a Domino atque lacerati, et horribiles ob blasphemiam, frustraque mendacia praestolantes, et conculcati a daemonibus, et a fluviis in partes varias dissipati, cum recordati fuerint Dei sui, et magistros pessimos dereliquerint, offerant munus Domino exercituum, non alibi nisi in monte Sion, et in specula, quod interpretatur Ecclesia. Brevius dicimus, quia in libro explanationis historicae multa jam diximus.

(Cap. XIX.---Vers. 1.) Onus Aegypti. Symmachus et Theodotio: Assumptio Aegypti. LXX: Visio Aegypti. Ubi in Hebaero scriptum est MASSA MESRAIM (), quod nos interpretati sumus, Onus vel pondus Aegypti: pro quo Aquila transtulit ἄρμα Αἰγύπτου, possumus dicere ab eo, quod tollat propheta, et portet jugum Domini, eum exstitisse condignum, qui prophetiam Aegypti cerneret, sive portaret. Unde miror LXX et in Babylone pro Pondere interpretatos Visionem; et in Philisthiim, et Moab, et Damasco, Verbum; et nunc in Aegypto Versionem; cum in Hebraeo in omnibus his non Verbum et Visio, sed MASSA (), id est, Onus, pondus que ponatur. Quod autem Symmachus et Theodotio λῆμμα, id est, assumptionem semper interpretati sunt, hoc scire debemus, accepisse prophetam a Domino gratiam spiritualem, ut Aegypti sacramenta cognosceret, sive oculis mentis aspiceret, ut LXX transtulerunt. Non est autem Aegyptus ista quam Judaei putant, sicut arbitratus est Josephus, qui in libris Antiquitatum refert: Oniam sacerdotem Isaiae implesse vaticinium, ut in territorio Heliopolitano, quod Aegyptii νομὸν vocant, exstrueret templum ad similitudinem Templi Dei, et altare. Esto enim, concedamus haec dicta de Onia et altari quod in Aegypto exstruxit, quae erunt quinque civitates, quae in Aegypto loquantur lingua Chananitica: ex quibus una juxta LXX appellatur ἀσεδὲκ: juxta alios interpretes, civitas ARS sive ARES, vel civitas solis?

Y antes de que llegue el tiempo de la consumación —porque ahora conocemos en parte y profetizamos en parte— se hallarán muchos perfectos, de quienes habla el Apóstol: «Cuantos somos perfectos sintamos esto» (1 Cor. 13; Fil. 3, 15). Mas los sarmientos que son inútiles, serán cortados con podaderas, diciendo el Salvador en el Evangelio: «Yo soy la vid verdadera, y mi Padre es el agricultor. Todo sarmiento en mí que no lleva fruto, lo quitará; y todo aquel que lleva fruto, lo purgará, para que lleve más fruto» (Jn. 15, 1-2). Y lo que haya sido cortado, será dejado a las aves de los montes y a las bestias de la tierra. A las aves, que devastan lo sembrado junto al camino; y a las bestias, a las cuales se entrega el alma que no confiesa a Dios, de modo que quien haya sido cortado y arrojado por el Señor, y separado de su cuerpo, que es la Iglesia, tanto en verano como en invierno —esto es, en prosperidad y adversidad— sea mansión de volátiles y bestias. Mas así como estos que son inútiles e infructuosos en la Iglesia, son amputados y arrojados, para que un poco de levadura no corrompa toda la masa: así por el contrario puede suceder, que quienes habían sido engañados por el error herético, y arrancados del Señor y despedazados, y horribiles por la blasfemia, y esperando en vano mentiras, y conculcados por los demonios, y disipados en varias partes por los ríos, cuando se hayan acordado de su Dios, y hayan abandonado a los peores maestros, ofrezcan un don al Señor de los ejércitos, no en otro lugar sino en el monte Sión, y en la atalaya, que se interpreta como la Iglesia. Decimos esto más brevemente, porque en el libro de explicación histórica ya dijimos muchas cosas.

(Cap. XIX.---Vers. 1.) La profecía sobre Egipto. Símaco y Teodoción: La asunción de Egipto. LXX: La visión de Egipto. Donde en hebreo está escrito MASSA MITZRAIM, que nosotros hemos traducido como La carga o el peso de Egipto; por lo cual Aquila tradujo ἄρμα [arma] de Egipto, podemos decir que, debido a que el profeta toma y lleva el yugo del Señor, resultó digno de ver o llevar la profecía de Egipto. Por lo cual me maravillo de que los LXX, tanto en Babilonia, interpretaran "Visión" en lugar de "Peso"; y en Filistea, y Moab, y Damasco, "Palabra"; y ahora en Egipto, "Visión" [Latín: Versionem]; cuando en hebreo, en todos estos, no se pone "Palabra" ni "Visión", sino MASSA, es decir, "Carga" o "Peso". Pero en cuanto a que Símaco y Teodoción siempre interpretaron "lemma", esto es, "asunción", debemos saber esto: que el profeta recibió del Señor la gracia espiritual para conocer los misterios de Egipto, o para mirarlos con los ojos de la mente, como tradujeron los LXX. Pero este no es aquel Egipto que los judíos piensan, como arbitró Josefo, quien refiere en los libros de las Antigüedades que el sacerdote Onías cumplió la profecía de Isaías, de modo que en el territorio de Heliópolis, que los egipcios llaman "nomo", construyó un templo a semejanza del Templo de Dios, y un altar. Pues sea así, concedamos que esto se dijo de Onías y del altar que construyó en Egipto: ¿cuáles serán las cinco ciudades que en Egipto hablen la lengua cananea, de las cuales una, según los LXX, se llama Azedek; según otros intérpretes, la ciudad ARS o ARES, o la ciudad del sol?

Et quis erit iste salvator, qui missus est Egyptiis, ut salvaret eos, et Dominum cognoscerent Aegyptii? quando coluerunt eum in hostiis et muneribus, et vota solverunt? quando percussit Dominus Aegyptum et sanavit eam? in quo tempore factum poterimus docere, ut fuerit via de Aegypto in Assyrios, et intraverint Assyrii in Aegyptum, et Aegyptii in Assyrios; et servierint Aegyptii Assur? Quando Israel tertius in Aegypto fuit; et apud Assyrios quasi benedictio in medio terrae: ita ut Dominus diceret: Benedictus populus meus Aegypti, et opus manuum mearum Assyrius? Haec ad Aegyptum istam, quam Judaei aestimant, non pertinere perspicuum est. Itaque locum istum quem incolimus, et mundum qui in maligno positus est: Aegyptum possumus appellare, maxime quia MESRAIM (), quod dicitur Aegyptus, interpretatur ἐκθλίβουσα, id est, tribulans, sive ad angustiam redigens. Est tamen sciendum, multa Oneris Aegyptii, vel Visionis, ad Aegypti provinciam pertinere, quae usque hodie habitatur et cernitur. Sed et in hoc et in aliis Scripturarum locis pleraque ponuntur, quae non possent stare juxta historiam: ut rerum necessitate cogamur altiorem intelligentiam quaerere.

(Vers. 1 seqq.) Ecce Dominus ascendet super nubem levem, et ingredietur Aegyptum, et movebuntur [Al. commovebuntur] simulacra Aegypti a facie ejus, et cor Aegypti tabescet in medio ejus. Et concurrere faciam Aegyptios adversus Aegyptios, et pugnabit vir contra fratrem suum, et vir contra amicum suum, civitas adversum civitatem, regnum adversus regnum. Et disrumpetur spiritus Aegypti in visceribus ejus: et consilium ejus praecipitabo; et interrogabunt simulacra sua 290 et divinos suos, et Pythones, et hariolos. Et tradam Aegyptum in manus dominorum crudelium, et rex fortis dominabitur eorum, ait Dominus Deus exercituum. Pleraque de prophetia Aegypti, quam levavit vel vidit Isaias, in historica explanatione perstrinxi. Unde nunc juxta tropologiam summa quaeque carpenda sunt. Ascendit Dominus super nubem levem, corpus sanctae Virginis Mariae, quod nullo humani seminis pondere praegravatum est: vel certe corpus suum, quod de Spiritu sancto conceptum est. Et ingressus est in Aegyptum hujus mundi; statimque omnia Aegypti simulacra commota sunt: ita ut divinationes et universa fraus idololatriae, quae deceptum possidebat orbem, se fractam esse sentiret: intantum ut magi de Oriente docti a daemonibus, vel juxta prophetiam Balaam (Num. XXIV) intelligentes natum Filium Dei, qui omnem artis eorum destrueret potestatem, venerint Bethleem, et ostendente stella, adoraverint puerum (Matth. II).

¿Y quién será ese salvador que fue enviado a los egipcios para salvarlos, y para que los egipcios conocieran al Señor? ¿Cuándo lo adoraron en hostias y dones, y cumplieron sus votos? ¿Cuándo hirió el Señor a Egipto y lo sanó? ¿En qué tiempo podremos enseñar que se hizo, para que hubiera un camino de Egipto a los asirios, y entraran los asirios en Egipto, y los egipcios en los asirios; y sirvieran los egipcios a Asur? ¿Cuándo fue Israel el tercero en Egipto, y entre los asirios como una bendición en medio de la tierra: de modo que el Señor dijera: "Bendito sea mi pueblo de Egipto, y la obra de mis manos el asirio"? Está claro que estas cosas no pertenecen a aquel Egipto que los judíos estiman. Por lo tanto, podemos llamar "Egipto" a este lugar que habitamos, y al mundo que está puesto en la maldad; principalmente porque MITZRAIM, que se llama Egipto, se interpreta como ἐκθλίβουσα [ekthlíbousa], esto es, "atribulante", o "que reduce a la angustia". Sin embargo, debe saberse que muchas cosas de la "Carga de Egipto" o de la "Visión" pertenecen a la provincia de Egipto, la cual se habita y se ve hasta el día de hoy. Pero tanto en este como en otros lugares de las Escrituras se ponen muchas cosas que no podrían sostenerse según la historia, de modo que por la necesidad de las cosas nos veamos obligados a buscar un entendimiento más elevado.

(Vers. 1 ss.) "He aquí que el Señor subirá sobre una nube ligera, y entrará en Egipto, y se moverán [Al. se conmoverán] los ídolos de Egipto ante su presencia, y el corazón de Egipto se derretirá en medio de él. Y haré que los egipcios concurran contra los egipcios, y luchará el hombre contra su hermano, y el hombre contra su amigo, ciudad contra ciudad, reino contra reino. Y se romperá el espíritu de Egipto en sus entrañas, y precipitaré su consejo; e interrogarán a sus ídolos y a sus adivinos, y a los espíritus de los muertos [pitones], y a los agoreros. Y entregaré a Egipto en manos de señores crueles, y un rey fuerte se enseñoreará de ellos, dice el Señor Dios de los ejércitos". He tratado la mayor parte de la profecía de Egipto, que Isaías tomó o vio, en la explicación histórica. Por lo tanto, ahora según la tropología, deben recogerse los puntos principales. El Señor sube sobre una nube ligera: el cuerpo de la santa Virgen María, que no fue agravado por ningún peso de semilla humana; o ciertamente su propio cuerpo, que fue concebido del Espíritu Santo. Y entró en el Egipto de este mundo; e inmediatamente todos los ídolos de Egipto fueron conmovidos: de modo que las adivinaciones y toda la fraude de la idolatría, que poseía el orbe engañado, se sintieron fracturadas; a tal punto que los Magos de Oriente, enseñados por los demonios, o según la profecía de Balaam (Núm. 24) entendiendo que había nacido el Hijo de Dios, que destruiría todo el poder de su arte, vinieron a Belén, y mostrándoles la estrella, adoraron al niño (Mat. 2).

Tunc cor Aegypti omne contabuit, et Aegyptii contra Aegyptios surrexerunt, juxta illud quod Dominus loquitur in Evangelio: Nolite putare quia veni mittere pacem super terram: non veni pacem mittere, sed gladium. Veni enim dividere hominem contra patrem suum, et filiam contra matrem suam, et nurum contra socrum suam (Matth. X, 34 seqq.). Eo tempore et illud expletum est: Inimici hominis domestici ejus (Mich. VII, 6). Et pugnabit vir contra fratrem suum, et vir contra amicum suum. Fuerunt enim in una domo separati, duo contra tres, et tres contra duos, et divisus est pater contra Filium, et filius contra patrem, civitas adversus civitatem, et regnum adversus regnum, eorum qui non crediderunt, adversum eos qui crediderunt, vel certe eorum, qui crediderunt, proximos suos salvare cupientium. Et disruptus est spiritus Aegypti in visceribus suis, ut nequaquam paria sentirent; sed spirituali contra se gladio separati, omne consilium suum praecipitatum esse cognoscerent: et nihilominus in errore pristino permanentes, hi qui fidei veritatem 291 suscipere noluerant, interrogarent simulacra, et divinos suos, et Pythones, et hariolos. Cumque illi hoc fecerint, Dominus tradidit eos in manu dominorum crudelium, juxta illud apostolicum: Quos tradidi Satanae, ut discant non blasphemare (I Tim. I, 20); quo servitute durissima oppressi, ad clementissimum Dominum revertantur. Pulchreque daemones crudeles dominos vocat, quibus nihil crudelius est. Rex quoque fortis, qui Dominus est eorum, perspicue diabolus intelligitur, quem et in Evangelio Dominus sortem vocat, quo vincto et oppresso, vasa domus ejus, et praeda diripitur.

(Vers. 5 seqq.) Et arescet aqua de mari, et fluvius desolabitur atque siccabitur, et deficient flumina, attenuabuntur et siccabuntur rivi aggerum. Calamus et juncus marcescet: nudabitur alveus rivi a fonte suo, et omnis sementis irrigua siccabitur: arescet et non erit. Et maerebunt piscatores, et lugebunt omnes mittentes in flumen hamum, et expandentes rete super faciem aquae, et arescent. Et confundentur qui operantur linum, plectentes et texentes subtilia, et erunt irrigua ejus flaccentia, omnes qui faciebant lacunas ad capiendos pisces. Stulti principes Taneos, sapientes consiliarii Pharao dederunt consilium insipiens.

Quando rex fortis, durus dominatus fuerit in Aegypto, arescet omnis doctrina et pulchritudo eloquentiae saecularis, et ipse fons fluviorum omnium diabolus, a quo oriuntur universa mendacia, desolabitur: ita ut deficiant caetera flumina et rivi, qui de turbidis Nili aquis implebantur. Calamus quoque et juncus nimia siccitate arescent. Pro junco papyrum LXX transtulerunt, de quo charta fit, addentes de suo achi viride, quod in Hebraico non habetur.

Entonces todo el corazón de Egipto se consumió, y los egipcios se levantaron contra los egipcios, según aquello que el Señor habla en el Evangelio: "No penséis que he venido a traer paz a la tierra: no he venido a traer paz, sino espada. Porque he venido a dividir al hombre contra su padre, y a la hija contra su madre, y a la nuera contra su suegra" (Mat. 10, 34 ss.). En aquel tiempo también se cumplió aquello: "Los enemigos del hombre son los de su propia casa" (Miq. 7, 6). Y luchará el hombre contra su hermano, y el hombre contra su amigo. Pues estuvieron separados en una misma casa, dos contra tres, y tres contra dos, y se dividió el padre contra el hijo, y el hijo contra el padre, ciudad contra ciudad, y reino contra reino—aquellos que no creyeron contra los que creyeron, o ciertamente aquellos que creyeron, deseando salvar a sus prójimos. Y se rompió el espíritu de Egipto en sus entrañas, para que de ninguna manera sintieran lo mismo; sino que, separados por una espada espiritual contra sí mismos, conocieran que todo su consejo había sido precipitado. Y no obstante, permaneciendo en su error antiguo, aquellos que no habían querido recibir la verdad de la fe, interrogarían a los ídolos, y a sus adivinos, y a los espíritus de los muertos [pitones], y a los agoreros. Y cuando hubieron hecho esto, el Señor los entregó en mano de señores crueles, según aquel dicho apostólico: "A quienes entregué a Satanás, para que aprendan a no blasfemar" (1 Tim. 1, 20); para que, oprimidos por la servidumbre más dura, vuelvan al Señor clementísimo. Y bellamente llama a los demonios señores crueles, que no hay nada más cruel que ellos. El "rey fuerte" también, que es el señor de ellos, se entiende claramente como el diablo, a quien también en el Evangelio el Señor llama "el fuerte" [Texto latino: sortem, probablemente por fortem], el cual, habiendo sido atado y oprimido, los vasos de su casa y la presa son saqueados.

(Vers. 5 ss.) "Y se secará el agua del mar, y el río será desolado y se secará, y fallarán las corrientes; los canales de los terraplenes serán adelgazados y se secarán. La caña y el junco se marchitarán; el lecho del río será despojado desde su fuente, y todo semillero de regadío se secará: se marchitará y no existirá más. Y se entristecerán los pescadores, y lamentarán todos los que echan el anzuelo en el río, y los que extienden la red sobre la faz del agua se marchitarán. Y se confundirán los que trabajan el lino, los que cardan y tejen telas sutiles; y sus lugares de regadío estarán lánguidos, todos los que hacían estanques para capturar peces". Los príncipes de Tanis son necios, los sabios consejeros de Faraón han dado un consejo insensato.

Cuando el rey fuerte, el duro señor, haya dominado en Egipto, se secará toda la doctrina y la belleza de la elocuencia secular, y la fuente misma de todos los ríos, el diablo, de quien nacen todas las mentiras, será desolado: de modo que fallen los demás ríos y arroyos, que se llenaban de las turbias aguas del Nilo. También la caña y el junco se secarán por la excesiva sequedad. Por "junco", los LXX tradujeron "papiro", del cual se hace el papel, añadiendo de lo suyo "achi verde", que no se encuentra en el hebreo.

Cumque ab eruditis quaererem, quid hic sermo significaret, audivi, ab Aegyptiis hoc nomine lingua eorum omne quod in palude virens nascitur appellari. Calamus autem juxta tropologiam, est sermo vacuus, et nihil in se solidum habens: et papyrus qui videtur quidem habere medullam, et non est vacuus, et tamen fragilis est, citoque marcescit. Omnes quoque rivi, arefacto rivorum capite, siccabuntur, et quidquid prius aquis irrigabatur Aegyptiis, arefactum, non erit: ita ut moereant Aegypti piscatores qui valde contrarii sunt piscatoribus Domini, et lugeant qui mittebant hamum in flumen, et expandebant rete super faciem aquae. Qui singulos quosque decipiunt, hamum mittunt in aquas turbidas. Qui autem plures simul, ita ut in synagogis Satanae loquantur publice, et populorum abducant greges, isti rete super aquas mittunt Aegyptias. Confundentur etiam hi qui operabantur linum, ut vestes facerent sacerdotum; plectentes illud, et texentes subtilia: quod proprie ad dialecticorum artem pertinet. Pro subtilibus, byssum LXX transtulerunt, quod et ipsum in sacerdotum vestibus texitur. Quodque sequitur: Et erunt irrigua ejus flaccentia, omnes qui faciebant lacunas ad capiendos pisces, hoc significat, quod omnes insidiae Aegypti piscatorum destruantur, et pereant. Pro lacunis quae fiebant ad capiendos pisces, quod nos juxta sensum interpretati sumus, et in Hebraico, et in cunctis interpretibus, in loco piscium ponuntur animae, ut ab historia trahamur ad tropologiam, quod videlicet isti piscatores, qui faciebant lacunas, et foveas, ad hoc fecerint, ut animas in eis deciperent. Notandum quod pro lacunis LXX Î¶á½»Î¸Î¿Î½ transtulerunt, quod genus est potionis ex frugibus aquaque confectum, et vulgo in Dalmatiae Pannoniaeque provinciis, gentili barbaroque sermone appellatur sabaium. Hoc maxime utuntur Aegyptii, ut non puras aquas bibentibus tribuant, sed turbidas, et commixtarum fecium similes, ut per hujuscemodi potionem haereticae pravitatis doctrina monstretur. Tunc stulti erunt principes Taneos, quae interpretatur mandatum humile. Omnes enim haeretici contrariam altitudini humilitatem docent, et detrahunt ad inferos, et sunt principes humilis dejectique mandati. Consiliarii quoque Pharao, qui rex Aegypti est, et recte dissipator, et divisus, et in partes varias separatus exprimitur, insipiens arguentur dedisse consilium, quando disperderit Dominus sapientiam sapientium, et intelligentiam prudentium reprobaverit (I Cor. I).

Cuando pregunté a hombres eruditos qué significaba esta palabra, oí que los egipcios llaman con este nombre en su lengua a todo lo que nace verde en un pantano. Pero según la tropología, la "caña" es el discurso vacío, que no tiene nada sólido en sí; y el "papiro" es aquello que parece tener médula y no está vacío, y sin embargo es frágil y se marchita pronto. También todos los arroyos, secada la cabeza de los arroyos, se secarán, y lo que antes era regado por las aguas egipcias, habiéndose secado, no existirá: para que se entristezcan los pescadores de Egipto, que son muy contrarios a los pescadores del Señor, y lamenten los que echaban el anzuelo en el río y extendían la red sobre la faz del agua. Los que engañan a cada uno individualmente, echan el anzuelo en las aguas turbias. Pero aquellos que [engañan] a muchos a la vez, de modo que hablan públicamente en las sinagogas de Satanás y se llevan los rebaños de los pueblos, estos extienden la red sobre las aguas egipcias. Se confundirán también los que trabajaban el lino, para hacer vestiduras para los sacerdotes; cardándolo y tejiendo telas sutiles: lo cual pertenece propiamente al arte de los dialécticos. Por "telas sutiles", los LXX tradujeron "biso", que también se teje en las vestiduras de los sacerdotes. Y lo que sigue: "Y sus lugares de regadío estarán lánguidos, todos los que hacían estanques para capturar peces", significa esto: que todas las trampas de los pescadores egipcios son destruidas y perecen. Por los "estanques" que se hacían para capturar peces, lo cual nosotros hemos interpretado según el sentido, tanto en el hebreo como en todos los traductores, se ponen "almas" en el lugar de los peces, para que seamos llevados de la historia a la tropología: a saber, que estos pescadores, que hacían estanques y fosas, lo hicieron con este propósito, para engañar a las almas en ellos. Debe notarse que por "estanques" los LXX tradujeron *zython*, que es un tipo de bebida hecha de granos y agua, y vulgarmente en las provincias de Dalmacia y Panonia se llama *sabaium* en la lengua gentil y bárbara. Los egipcios usan esto especialmente, para no dar aguas puras a los que beben, sino turbias y semejantes a heces mezcladas, para que a través de una bebida de esta clase se muestre la doctrina de la depravación herética. Entonces serán necios los príncipes de Tanis, que se interpreta como "mandato humilde". Pues todos los heréticos enseñan una humildad contraria a la altura, y arrastran hacia los infiernos, y son príncipes de un mandato humilde y abatido. También los consejeros de Faraón —que es el rey de Egipto, y rectamente se expresa como "disipador" y "dividido" y separado en varias partes— serán argüidos de haber dado un consejo insensato, cuando el Señor destruya la sabiduría de los sabios y repruebe la inteligencia de los prudentes (1 Cor. 1).

(Vers. 12 seqq.) Quomodo dicitis Pharaoni: filius sapientium ego, filius regum antiquorum? Ubi sunt nunc sapientes tui? annuntient tibi, et indicent quid cogitaverit Dominus exercituum super Aegyptum. Stulti facti sunt principes Taneos, emarcuerunt principes Mempheos, deceperunt Aegyptum angulum populorum ejus. Dominus miscuit in medio ejus spiritum vertiginis, et errare fecerunt Aegyptum in omni opere suo, sicut errat ebrius et vomens. Et non erit Aegypto opus quod faciat caput et caudam incurvantem et refrenantem."

Solent haeretici regi suo vel Pharaoni dicere: Filii sumus sapientium, qui ab initio doctrinam nobis Apostolicam tradiderunt: filii sumus regum antiquorum, qui appellantur reges philosophorum, et habemus scientiam Scripturarum junctam sapientiae saeculari. Quos nunc interrogat, sive ipsum regem haereticorum, ubi sint sapientes ejus qui contemnebant Ecclesiasticam simplicitatem: et respondere compellit, quid cogitaverit Dominus Sabaoth super Aegyptum istius mundi, et quid in consummatione facturus sit. Stulti sunt approbati principes Taneos qui humile haereticorum habuere mandatum. Emarcuerunt omnes principes Mempheos, qui eloquentiae et oris polluere jactantia. Memphis enim, os, vel, ex ore, interpretatur, et Î¼ÎµÏ„Î±Ï†Î¿ÏÎ¹Îºá¿¶Ï, sermonem sonat. Quodque sequitur: Deceperunt Aegyptum angulum populorum ejus, sive juxta LXX: decipient Aegyptum per tribus, hoc significat, quod regnum sapientiae saecularis stultum esse monstretur, et singulorum dogmatum principes, qui interpretantur tribus, arguantur stultos habuisse doctores. Dominus enim miscuit eis spiritum vertiginis, sive errorum, juxta illud quod scriptum est: Et sicut non probaverunt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobum sensum (Rom. I, 24). Et quomodo qui sanctus est, cum Isaia dicere potest: Spiritum salutis tuae faciemus super terram? sic qui peccator est, faciet spiritum erroris, hoc est, malitiae spiritum: secundum quod et in Jeremia legimus: Arguet te praevaricatio tua, et malitia tua corripiet te (Jerem. II, 19). Sin autem scandalizatur haereticus, qui vetus non recipit Testamentum, quod Dominus miscere dicatur erroris vel vertiginis spiritum, audiat scriptum in Apostolo, hoc est, in novo Testamento: Tradidit eos Deus in desideriis cordis sui in immunditiam (Rom. I, 24). Et iterum: Propterea tradidit eos Deus in passiones ignominiae. Et rursum: Tradidit eos Deus in reprobum sensum, ut faciant quae non conveniunt. Traduntur autem in desideriis cordis, quia mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, et volucrum, et quadrupedum, et reptilium.

(Vers. 12 ss.) "¿Cómo decís a Faraón: 'Hijo de sabios soy yo, hijo de reyes antiguos'? ¿Dónde están ahora tus sabios? Que te anuncien e indiquen qué ha pensado el Señor de los ejércitos sobre Egipto. Se han vuelto necios los príncipes de Tanis, se han marchitado los príncipes de Menfis, han engañado a Egipto, piedra angular de sus pueblos. El Señor ha mezclado en medio de él un espíritu de vértigo, y han hecho errar a Egipto en toda su obra, como yerra el borracho y el que vomita. Y no habrá para Egipto obra que haga cabeza y cola, que encorve y que refrene".

Suelen los heréticos decir a su rey o Faraón: "Somos hijos de sabios, que desde el principio nos entregaron la doctrina apostólica; somos hijos de reyes antiguos, que son llamados reyes de los filósofos, y tenemos la ciencia de las Escrituras unida a la sabiduría secular." A estos interroga ahora —o al mismo rey de los heréticos— dónde están sus sabios que despreciaban la sencillez eclesiástica; y les obliga a responder qué ha pensado el Señor de los Ejércitos sobre el Egipto de este mundo, y qué ha de hacer en la consumación. Necios son los aprobados príncipes de Tanis que tuvieron el humilde mandato de los heréticos. Se marchitaron todos los príncipes de Menfis, que se contaminaron con la jactancia de la elocuencia y de la boca. Pues Menfis se interpreta como "boca" o "de la boca", y metafóricamente suena a discurso. Y lo que sigue: "Engañaron a Egipto, piedra angular de sus pueblos", o según los LXX: "engañarán a Egipto por tribus", significa esto: que el reino de la sabiduría secular se muestra necio, y los príncipes de cada dogma, que se interpretan como "tribus", son argüidos de haber tenido doctores necios. Pues el Señor les mezcló un espíritu de vértigo, o de errores, según aquello que está escrito: "Y como no probaron tener a Dios en su noticia, los entregó Dios a un sentido réprobo" (Rom. 1, 24). Y así como el que es santo puede decir con Isaías: "¿Haremos el espíritu de tu salvación sobre la tierra?" (Is. 26, 18, LXX); así el que es pecador hará un espíritu de error, esto es, un espíritu de malicia: según lo que también leemos en Jeremías: "Tu apostasía te argüirá, y tu malicia te corregirá" (Jer. 2, 19). Pero si se escandaliza el herético, que no recibe el Antiguo Testamento, de que se diga que el Señor mezcla un espíritu de error o de vértigo, oiga lo que está escrito en el Apóstol, esto es, en el Nuevo Testamento: "Dios los entregó en los deseos de su corazón a la inmundicia" (Rom. 1, 24). Y otra vez: "Por eso los entregó Dios a pasiones de ignominia". Y de nuevo: "Dios los entregó a un sentido réprobo, para que hagan lo que no conviene". Son entregados, sin embargo, en los deseos de su corazón, porque cambiaron la gloria del Dios incorruptible en semejanza de imagen de hombre corruptible, y de aves, y de cuadrúpedos, y de reptiles.

Quod quidem non solum in Epistola ad Romanos, sed et ad Thessalonicenses de Antichristo legimus: Pro eo quod charitatem veritatis non susceperunt, ut salvarentur, mittet eis Deus operationem erroris, ut credant mendacio, et judicentur omnes qui non crediderunt veritati, sed complacuerunt sibi in mendacio (II Thess. II, 10): quod puto Apostolum Paulum de praesenti Isaiae lectione sumpsisse, in qua dicit: Dominus miscuit eis spiritum erroris, et errare fecerunt Aegyptum in omnibus operibus suis, sicut errat, inquit, ebrius et vomens, qui inebriatus est vitiis. De quibus ebriis Joel loquitur: Vae qui ebrii sunt absque vino. Et non solum ebrii: sed et vomentes furorem draconum, et furorem aspidum insanabilem, ut postquam hujuscemodi vinum evomuerint, intelligant ebrietatem suam, atque cognoscant, quod quamdiu ebrii fuerint, nec principium habuerint, nec finem, id est, nec caput, nec caudam: sed truncum ex utraque parte animal. Pro principio et fine, quod et Symmachus et LXX transtulerunt, Theodotio more suo ipsa verba Hebraica posuit CHAPHPHE () et AGMON (): quod Aquila interpretatus est, incurvum, atque perversum. In incurvo, senes intelligi volens; in perverso, lascivientes pueros, qui omnia perversa faciant; ac per hoc esse sensum, quod in Aegypto non solum caput desit et cauda, sed et senes et pueri, id est, et principium et finis.

(Vers. 16, 17.) In die illa erit Aegyptus quasi mulieres, et stupebit, et timebit a facie commotionis manus Domini exercituum, quam ipse movebit super eam. Et erit terra Juda Aegypto in festivitatem: omnis qui illius fuerit recordatus, pavebit a facie consilii Domini exercituum, quod ipse cogitavit super eam.

In illo tempore, hoc enim, ut crebro diximus, significat dies, quando miscuerit Dominus spiritum erroris atque vertiginis, ut evomat Aegyptus vinum draconum, et furorem aspidum insanabilem, intelligens errorem suum et ebrietatem pristinam, Aegyptus timebit quasi mulier, non timore fortuito, qui viris accidere consuevit, quos non amat Aegyptus, sed suffocat et interficit; sed timore femineo, quas solas vult Pharao vivere. Timebit autem commotionem, sive elationem manus Domini, per quam supplicia demonstrantur, quam movebit et elevabit, ut percutiat Aegyptum. Tunc terra Juda, id est, scientia Scripturarum, lex et prophetae, Evangelia et Apostolorum epistolae, erunt Aegypto in festivitatem, si eas cognoverit: vel in timorem, si comparatione doctrinae et veritatis earum se intellexerit habuisse mendacium. Omnis qui hujus terrae fuerit recordatus, pavebit eo pavore, qui ducit ad vitam: Principium enim sapientiae, timor Domini (Prov. IX, 10).

Lo cual ciertamente leemos no solo en la Epístola a los Romanos, sino también a los Tesalonicenses sobre el Anticristo: "Por cuanto no recibieron la caridad de la verdad para ser salvos, les enviará Dios una operación de error, para que crean a la mentira, y sean juzgados todos los que no creyeron a la verdad, sino que se complacieron en la mentira" (2 Tes. 2, 10): lo cual pienso que el apóstol Pablo tomó de la presente lectura de Isaías, en la que dice: "El Señor les mezcló espíritu de error, e hicieron errar a Egipto en todas sus obras, como yerra", dice, "el borracho y el que vomita", que se ha embriagado de vicios. De estos borrachos habla Joel: "Ay de los que están borrachos sin vino". Y no solo borrachos, sino también vomitando el furor de los dragones y el furor incurable de los áspides, para que después de haber vomitado un vino de esta clase, entiendan su embriaguez y reconozcan que mientras estuvieron borrachos, ni tuvieron principio ni fin, esto es, ni cabeza ni cola: sino un animal truncado por ambas partes. Por principio y fin, que tanto Símaco como los LXX tradujeron, Teodoción a su modo puso las mismas palabras hebreas, *chaphphe* y *agmon*: que Aquila interpretó como "encorvado" y "perverso". En "encorvado", queriendo que se entiendan los ancianos; en "perverso", los niños lascivos, que hacen todas las cosas perversamente; y por esto es el sentido de que en Egipto no solo falte cabeza y cola, sino también ancianos y niños, esto es, tanto el principio como el fin.

(Vers. 16, 17.) "En aquel día será Egipto como las mujeres, y se estupificará, y temerá ante la presencia de la conmoción de la mano del Señor de los ejércitos, que él mismo moverá sobre él. Y será la tierra de Judá para Egipto motivo de festividad: todo el que se hubiere acordado de ella, pavorecerá ante la presencia del consejo del Señor de los ejércitos, que él mismo pensó sobre él".

En aquel tiempo —pues "día" significa esto, como frecuentemente hemos dicho —, cuando el Señor hubiere mezclado el espíritu de error y de vértigo, para que Egipto vomite el vino de los dragones y el furor incurable de los áspides, entendiendo su error y embriaguez antigua, Egipto temerá como mujer, no con el temor fortuito que suele acontecer a los hombres, a quienes Egipto no ama, sino que sofoca y mata; sino con un temor femenino, las únicas que Faraón quiere que vivan. Temerá, además, la conmoción o la elevación de la mano del Señor, por la cual se muestran los suplicios, que él moverá y elevará para herir a Egipto. Entonces la tierra de Judá —esto es, la ciencia de las Escrituras, la Ley y los Profetas, los Evangelios y las epístolas de los Apóstoles— serán para Egipto motivo de festividad, si las conociere; o de temor, si por la comparación de la doctrina y la verdad de ellas se hubiere entendido que ha tenido la mentira. Todo el que se hubiere acordado de esta tierra, pavorecerá con aquel pavor que conduce a la vida: "Pues el principio de la sabiduría es el temor del Señor" (Prov. 9, 10).

Et hoc non solum in consummatione mundi, sed in praesenti quoque tempore accipere possumus; quod Ecclesiasticum virum, et doctrinis coelestibus eruditum, omnis haereticus timeat, et ad recordationem illius terreatur. Timebit autem et pavebit consilium Domini, quod super Aegyptum mundi istius cogitavit. Singula breviter transcurrimus, ut ad reliqua transeamus.

(Vers. 18.) In die illa erunt quinque civitates in terra Aegypti loquentes lingua Chananitide, et jurantes per Dominum exercituum: civitas solis vocabitur una. Multum prodest manus Domini elevata sive commota super Aegyptum, ut terra Judae sit ei in timorem, et omnis, qui illius recordatus fuerit, pertremiscat. In illo tempore quinque civitates in terra Aegypti loquentur lingua Chanaan, quas plerique nostrorum quinque sensus intelligunt, visum, auditum, odoratum, gustum, et tactum. Quando videmus mulierem ad concupiscendum, visus noster loquitur lingua Aegyptia. Quando audimus judicium sanguinis, dicente Domino: Non suscipies auditionem vanam (IV Reg. XII, 21, juxta LXX), auditus noster loquitur lingua Aegyptia. Quando secundum prophetam vivimus in deliciis, et jacemus super lectos eburneos, et primis [Forte optimis] ungimur unguentis, odoratus noster loquitur lingua Aegyptia. Quando venter noster deus est (Philipp. III), gustus noster loquitur lingua Aegyptia. Si non audierimus illud, quod Apostolus loquitur: Bonum est homini mulierem non tangere (I Cor. VII); sed econtrario jungamur meretrici, tactus noster loquitur lingua Aegyptia. Sin autem econtrario elevaverimus oculos nostros, et viderimus quod regiones jam albae sint ad metendum, et nequaquam curvi fuerimus in terram, sed juxta Evangelicam mulierem, quae decem et octo annis coelum aspicere non poterat (Luc. XIII), elevaverimus oculos nostros et dixerimus, Ad te levavi oculos meos, qui habitas in coelis (Ps. CXXII, 1), oculus noster et visus loquitur lingua Chananitide. Si circumciderimus aures nostras, et audierimus Dominum loquentem: Qui habet aures audiendi audiat (Luc. VIII, 8), auditus noster loquitur lingua Chananitide. Qui potuerit sponso dicere: Post te in odorem unguentorum tuorum currimus (Cant. I, 3): Et: Christi bonus odor sumus in omni loco (I Cor. II, 15), hujus odoratus loquitur lingua Chananitide. Gustus quoque in bonam partem accipitur ejus qui comedit panem de coelo descendentem, panem vivum et non mortuum, et audit illud: Gustate et videte quam suavis est Dominus (Ps. XXXIII, 9), statim loquitur lingua Chananitide. Sed et tactus spiritualis est, de quo Joannes Apostolus ait: Manus nostrae palpaverunt de Verbo vitae (I Joan. I, 1); et qui fide tangit Jesum, ita ut de eo Salvator possit dicere: Tetigit me aliquis, ego enim scio virtutem exisse de me (Luc. VIII, 46).

Y esto podemos aceptarlo no solo en la consumación del mundo, sino también en el tiempo presente: que todo herético teme al hombre eclesiástico, erudito en las doctrinas celestiales, y se aterra ante el recuerdo de él. Temerá, además, y pavorecerá el consejo del Señor, que pensó sobre el Egipto de este mundo. Transcurrimos brevemente por los puntos individuales para pasar a lo restante.

(Vers. 18.) "En aquel día habrá cinco ciudades en la tierra de Egipto que hablarán la lengua de Canaán, y jurarán por el Señor de los ejércitos: una será llamada la ciudad del sol". Mucho aprovecha la mano del Señor elevada o conmovida sobre Egipto, para que la tierra de Judá le sea motivo de temor, y todo el que se hubiere acordado de ella, tiemble. En aquel tiempo, cinco ciudades en la tierra de Egipto hablarán la lengua de Canaán, las cuales la mayoría de los nuestros entienden como los cinco sentidos: vista, oído, olfato, gusto y tacto. Cuando vemos a una mujer para codiciarla, nuestra vista habla lengua egipcia. Cuando oímos un juicio de sangre —diciendo el Señor: "No recibirás audición vana" (4 Rey. 12, 21, según los LXX)—, nuestro oído habla lengua egipcia. Cuando según el profeta vivimos en delicias, y yacemos sobre lechos de marfil, y nos ungimos con los primeros [quizá *mejores*] ungüentos, nuestro olfato habla lengua egipcia. Cuando nuestro vientre es nuestro dios (Filip. 3), nuestro gusto habla lengua egipcia. Si no hubiéremos oído aquello que el Apóstol habla: "Bueno es para el hombre no tocar mujer" (1 Cor. 7), sino que al contrario nos unimos a una meretriz, nuestro tacto habla lengua egipcia. Pero si, por el contrario, hubiéremos elevado nuestros ojos y visto que las regiones ya están blancas para la mies, y de ninguna manera hubiéremos estado encorvados hacia la tierra, sino que según la mujer evangélica, que por dieciocho años no podía mirar al cielo (Lc. 13), hubiéremos elevado nuestros ojos y dicho: "A ti he levantado mis ojos, que habitas en los cielos" (Sal. 122, 1), nuestro ojo y vista hablan lengua cananea. Si hubiéremos circuncidado nuestros oídos y oído al Señor hablando: "El que tiene oídos para oír, oiga" (Lc. 8, 8), nuestro oído habla lengua cananea. El que pudiere decir al esposo: "Tras de ti corremos al olor de tus ungüentos" (Cant. 1, 3), y: "Buen olor de Cristo somos en todo lugar" (1 Cor. 2, 15), el olfato de este habla lengua cananea. El gusto también se acepta en buena parte para aquel que come el pan que desciende del cielo, pan vivo y no muerto, y oye aquello: "Gustad y ved cuán dulce es el Señor" (Sal. 33, 9), inmediatamente habla lengua cananea. Pero también hay un tacto espiritual, del cual dice el apóstol Juan: "Nuestras manos palparon sobre el Verbo de vida" (1 Jn. 1, 1); y el que por la fe toca a Jesús, de modo que el Salvador pueda decir de él: "Alguien me ha tocado, pues yo sé que ha salido virtud de mí" (Lc. 8, 46).

Didicimus quanta bona tribuat elevata manus Domini; quaeramus quare non lingua Hebraea, sed lingua Chananitide loquantur quinque Aegypti civitates. Ad quod ita respondere conabimur: Hebraeus Ï€Îµá½±Ï„Î·Î½, id est, transitorem sonat, qui de loco transit ad locum. Ergo et nos licet sancti quamdiu in Aegypto sumus, et in istius mundi versamur tenebris, non possumus loqui lingua Hebraea, sed lingua Chananitide, quae inter Aegyptiam, et Hebraeam media est, et Hebraeae magna ex parte confinis. Chanaam, interpretatur, quasi commotio, sive quasi respondens. Quando igitur ab Aegypto recedimus, et exire volumus de potestate Pharaonis, ita ut terra nostra, et confessio formidolosa sit Aegypto: tunc movemur et quasi respondemus Domini voluntati, et tamen quia adhuc in praesenti saeculo sumus, lingua Hebraea necdum loqui possumus. Quodque sequitur: Jurare quinque civitates per Dominum exercituum, hoc significat, quod etiam hic positi nequaquam daemonum, sed Dei recordemur omnipotentis. De his quinque civitatibus, cum aliarum quatuor tacita sint nomina, una dicitur solis civitas, quae mihi videtur referri ad visum. Sicut enim ut videatur civitas, sole et luna indiget; ita ut oculi nostri illuminentur, indigemus sole justitiae.

(Vers. 19-21.) In die illa erit altare Domini in medio terrae Aegypti, et titulus juxta terminum ejus Domini. Et erit in signum, et in testimonium Domino exercituum in terra Aegypti. Clamabunt enim ad Dominum a facie tribulantis: et mittet eis Salvatorem, et propugnatorem qui liberet eos: et cognoscetur Dominus ab Aegypto.

Consequenter ad id quod supra dixerat: In die illa erunt quinque civitates in terra Aegypti loquentes lingua Chananitide: et jurantes per Dominum exercituum, nunc infertur: Erit altare Domini in medio terrae Aegypti, quod Onias secundum Josephum (Antiqq lib XIII, cap 6) male intelligens implere conatus est. Et titulus Domini continens passionem, in quo scriptum est Hebraicis litteris, Graecis, et Latinis: Jesus Nazarenus rex Judaeorum (Joan. XIX), in signum Crucis, et in testimonium universarum gentium, quae nunc Aegyptus appellantur. Cumque persecutio creverit a facie tribulantium nominis Christiani, tunc clamabunt in cordibus suis: Abba pater (Rom. VIII). Et mittet Dominus exercituum Salvatorem, id est, Jesum, et Judicem, vel propugnatorem qui liberet eos, ut liberati cognoscant Dominum, et ipsi cognoscantur a Domino; et ubi abundavit peccatum, superabundet gratia (Rom. V). Unum autem altare Aegypti, id est, mundi istius dicitur, ut cuncta altaria, quae contra Ecclesiae eriguntur altare, sciamus esse non Domini. Usque ad finem visionis Aegyptiae, in libro Explanationis Historicae, quia manifesta prophetia erat, diximus quod cuncta referantur ad Christum.

Hemos aprendido cuántos bienes otorga la mano elevada del Señor; preguntemos por qué las cinco ciudades de Egipto hablan no lengua hebrea, sino lengua cananea. A lo cual intentaremos responder así: "Hebreo" suena a *peraten*, esto esto, "transeúnte", que pasa de un lugar a otro. Por lo tanto, también nosotros, aunque seamos santos, mientras estamos en Egipto y nos desenvolvemos en las tinieblas de este mundo, no podemos hablar lengua hebrea, sino lengua cananea, que es media entre la egipcia y la hebrea, y en gran parte confín de la hebrea. "Canaán" se interpreta como "casi conmoción" o "casi respondiendo". Cuando, por tanto, nos alejamos de Egipto y queremos salir de la potestad de Faraón, de modo que nuestra tierra y confesión sea formidable para Egipto: entonces somos movidos y casi respondemos a la voluntad del Señor; y sin embargo, porque todavía estamos en el presente siglo, no podemos aún hablar lengua hebrea. Y lo que sigue: "Jurar las cinco ciudades por el Señor de los ejércitos", significa esto: que incluso puestos aquí, de ninguna manera nos acordemos de los demonios, sino de Dios omnipotente. De estas cinco ciudades, mientras que los nombres de las otras cuatro callan, una se llama "ciudad del sol", la cual me parece referirse a la vista. Pues así como para que se vea una ciudad se necesita del sol y de la luna; así para que nuestros ojos sean iluminados, necesitamos del Sol de Justicia.

(Vers. 19-21.) "En aquel día habrá un altar del Señor en medio de la tierra de Egipto, y un título [monumento] del Señor junto a su término. Y será por señal y por testimonio al Señor de los ejércitos en la tierra de Egipto. Pues clamarán al Señor ante la presencia del que los atribula: y les enviará un Salvador, y un propugnador que los libre: y el Señor será conocido por Egipto".

Consecuentemente a lo que arriba había dicho: "En aquel día habrá cinco ciudades en la tierra de Egipto que hablarán la lengua de Canaán, y jurarán por el Señor de los ejércitos", ahora se introduce: "Habrá un altar del Señor en medio de la tierra de Egipto, el cual Onías, según Josefo (Antig lib 13, cap 6), entendiéndolo mal, intentó cumplir. Y el título del Señor que contiene la pasión, en el cual fue escrito en letras hebreas, griegas y latinas: "Jesús Nazareno, rey de los judíos" (Jn. 19), para señal de la Cruz, y para testimonio de todas las naciones, que ahora son llamadas Egipto. Y cuando la persecución hubiere crecido ante la presencia de los que atribulan el nombre cristiano, entonces clamarán en sus corazones: "Abba, Padre" (Rom. 8). Y enviará el Señor de los ejércitos un Salvador, esto esto, a Jesús, y un Juez, o un propugnador que los libre, para que liberados conozcan al Señor, y ellos mismos sean conocidos por el Señor; y donde abundó el pecado, sobreabunde la gracia (Rom. 5). Se dice, además, un solo altar de Egipto —esto es, de este mundo—, para que sepamos que todos los altares que se erigen contra el altar de la Iglesia, no son del Señor. Hasta el fin de la visión egipcia, en el libro de la Explicación Histórica, porque la profecía era manifiesta, dijimos que todas las cosas se refieren a Cristo.

(Vers. 20.) Et cognoscent Aegyptii Dominum in die illa: et colent eum in hostiis, et muneribus, et vota vovebunt Domino, et solvent. Et percutiet Dominus Aegyptum plaga, et sanabit eam: et revertentur ad Dominum, et placabitur eis, et sanabit eos."

Postquam cognoverint Aegyptii Dominum, colent eum in hostiis spiritualibus et muneribus; et vota vovebunt Domino et solvent; et dicent cum David: Sacrificium Deo spiritus contribulatus (Ps. L, 19); et: Elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum (Ps. CXL, 2); quando credentes in Nazaraeum, et ipsi fuerint Nazaraei, vinum et siceram non bibentes (Joan. XIX), et acetum quod Domino propinatum est, et quaecumque fiunt ex uva Sodomitica. Cumque vota persolverint cum Abel, et respexerit ea Deus, invidebit frater major Cain, id est, Circumcisionis populus, et effundet sanguinem christianum, qui clamabit ad Dominum (Genes. IV); et idcirco egredietur a facie Dei, dicens de Salvatore: Crucifige, crucifige eum (Luc. XXIII, 11); et: Nos non habemus regem nisi Caesarem (Joan. XIX, 15). Votum offert et solvit Domino, qui est sanctus corpore et spiritu. Votum obtulit et Zachaeus, qui mediam partem substantiae suae pauperibus repromisit (Luc. XIX). Quaeritur, si Aegyptis salvator et propugnator est missus qui liberet eos de angustiis, quomodo nunc dicatur: Percutiet Dominus Aegyptum plaga? Sed consideremus quod sequitur: Et sanabit eam. Quem enim diligit Dominus, corripit (Hebr. XII). Et ipse Salvator in sexagesimo octavo Psalmo loquitur ad Patrem: Quoniam quem tu percussisti, ipsi persecuti sunt: et super dolorem vulnerum meorum addiderunt (Psal. LXVIII, 27). Si ergo proprio filio non pepercit, sed tradidit eum pro nobis, ut illius livore, et vulneribus sanaremur (Rom. VIII): tradidit Dominus et martyres passioni, sed rursum eos in resurrectione sanabit, ut illorum vulneribus fides credentium confirmetur. Unde et ad Job dicitur: Putas me tibi aliter locutum, nisi ut appareres justus? Ipse enim dolorem facit, et reddit pristinae sanitati; et visitat servos suos in virga, ut misericordiam suam non auferat ab eis. Unde filiae, et nurus, quae multum peccaverunt, et divaricaverunt pedes suos omni transeunti, non visitantur neque corripiuntur, dicente Domino: Non visitabo super filias vestras, cum fuerint fornicatae: et super nurus vestras, cum adulteraverint (Ose. IV, 14). Percutit ergo Aegyptios Dominus, non igne, non gladio, sed virga. Quis enim filius est, quem non erudiat pater? Ut postquam sanati fuerint, revertantur ad Dominum, et placetur eis, et rursum sanet eos. Semper enim indigemus misericordia Dei, et nullus est finis ejus clementiae.

(Vers. 20.) "Y conocerán los egipcios al Señor en aquel día: y lo adorarán con hostias y dones, y votarán votos al Señor y los cumplirán. Y herirá el Señor a Egipto con una plaga y lo sanará: y volverán al Señor, y se aplacará con ellos y los sanará".

Después de que los egipcios hubieren conocido al Señor, lo adorarán con hostias espirituales y dones; y votarán votos al Señor y los cumplirán; y dirán con David: "El sacrificio a Dios es el espíritu contribulado" (Sal. 50, 19); y: "La elevación de mis manos como sacrificio vespertino" (Sal. 140, 2); cuando creyendo en el Nazareno, ellos mismos fueren nazareos, no bebiendo vino ni sidra (Jn. 19), ni el vinagre que fue propinado al Señor, ni cualesquiera cosas que se hacen de la uva sodomítica. Y cuando hubieren cumplido sus votos con Abel, y Dios los hubiere mirado, envidiará el hermano mayor Caín, esto esto, el pueblo de la Circuncisión, y derramará la sangre cristiana, que clamará al Señor (Gén. 4); y por eso saldrá de la presencia de Dios, diciendo sobre el Salvador: "Crucifícalo, crucifícalo" (Lc. 23, 11); y: "Nosotros no tenemos rey sino al César" (Jn. 19, 15). Ofrece y cumple el voto al Señor quien es santo en cuerpo y espíritu. Ofreció voto también Zaqueo, que reprometió la mitad de su sustancia a los pobres (Lc. 19). Se pregunta: si a los egipcios les ha sido enviado un salvador y un propugnador que los libre de las angustias, ¿cómo se dice ahora: "Herirá el Señor a Egipto con una plaga"? Pero consideremos lo que sigue: "Y lo sanará". Pues a quien el Señor ama, lo corrige (Heb. 12). Y el mismo Salvador en el salmo sesenta y ocho habla al Padre: "Porque a quien tú heriste, ellos persiguieron: y añadieron sobre el dolor de mis heridas" (Sal. 68, 27). Si, por tanto, no perdonó a su propio hijo, sino que lo entregó por nosotros, para que por su cardenal y sus heridas fuéramos sanados (Rom. 8): entregó el Señor también a los mártires a la pasión, pero de nuevo los sanará en la resurrección, para que por las heridas de ellos se confirme la fe de los creyentes. Por lo cual también se dice a Job: "¿Piensas que te he hablado de otro modo, sino para que aparecieras justo?" (Job 40, 8, LXX). Pues él mismo causa el dolor, y restaura a la salud prístina; y visita a sus siervos con la vara, para no quitar su misericordia de ellos. Por lo cual las hijas y nueras, que mucho pecaron y divulgaron sus pies a todo transeúnte, no son visitadas ni corregidas, diciendo el Señor: "No visitaré sobre vuestras hijas cuando hubieren fornicado: y sobre vuestras nueras cuando hubieren adulterado" (Os. 4, 14). Hiere, pues, a los egipcios el Señor, no con fuego, no con espada, sino con la vara. Pues ¿qué hijo es al que el padre no instruye? Para que después de que hubieren sido sanados, vuelvan al Señor, y se aplaque con ellos, y de nuevo los sane. Pues siempre necesitamos de la misericordia de Dios, y no hay fin de su clemencia.

(Vers. 23.) In die illa erit via de Aegypto in Assyrios: et intrabit Assyrius in Aegyptum, et Aegyptius in Assyrios: et servient Aegyptii Assyriis. Quomodo caetera quae praecedunt in bonam partem accidisse Aegyptiis demonstravimus, quinque videlicet civitates in terra eorum loquentes lingua Chananitide, et jurantes per Dominum et altare Domini in medio terrae Aegypti collocatum, et titulum, et testimonium, et signum, et salvatorem, qui liberaret eos; et quod Dominus cognosceretur ab Aegyptiis, et ipsi cognoscant eum; et quod offerrent hostias et munera, et vota persolverent et percussi sanarentur, et reverterentur ad Dominum, et placaretur eis, et iterum sanarentur: sic et hoc quod sequitur, servire Aegyptios Assyriis, in bonam partem accipiendum est. Servit enim et Apostolus credentibus, ut lucri eos faciat (I Cor. IX). Et Esau subjicitur fratri suo Jacob (Genes. XXXIII), ut particeps fiat benedictionum ejus Igitur qui priores de gentibus salvati fuerint, et habuerint in se altare Domini, eos qui in duritia perseverant, sua servitute salvabunt, et commixtione ac societate eorum, ipsi pergent ad Assyrios, ut Assyrios ducant ad Aegyptum; et postea possint ad Israeliticum populum pervenire. Ob hanc causam reor, et fidelem mulierem servire viro infideli, ut paulatim eum de Aegypto, et Assyriis pertrahat ad Judaeam.

(Vers. 25, 26.) In die illa erit Israel tertius Aegyptio et Assyrio, benedictio in medio terrae, cui benedixit Dominus exercituum, dicens: Benedictus populus meus Aegypti, et opus manuum mearum Assyrius: haereditas autem mea Israel. Tertius erit Israel in Aegypto et in Assyriis, ut omnem massam suae benedictionis fermento misceat, et qui prius contra se hostiliter dissidebant, hac benedictionis fibula copulentur; et sit populus Dei Aegyptus, et opus manuum ejus Assyrius, haereditas autem ejus Israel. Benedictus est Aegyptius Domino, quia Israelis societate benedicitur. Et opus manuum ejus Assyrius, quia in ipso suam clementiam demonstravit. Israel autem solus potest dicere: Pars mea Dominus (Thren. III, 24); qui mente conspicit Deum, et ejus haereditas appellatur.

(Cap. XX.---Vers. 1 seqq.) Anno quo ingressus est Thartan in Azotum: cum misisset eum Sargon rex Assyriorum, et pugnasset contra Azotum, et cepisset eam: in tempore illo locutus est Dominus in manu Isaiae filii Amos, dicens: Vade et solve saccum de lumbis tuis, et calciamenta tua tolle de pedibus tuis: et fecit sic, vadens nudus et discalciatus. Et dixit Dominus: sicut ambulavit servus meus Isaias nudus et discalciatus, trium annorum signum et portentum erit super Aegyptum et super Aethiopiam. Sic minabit rex Assyriorum captivitatem Aegypti, et transmigrationem Aethiopiae, juvenum, et senum, nudam et discalciatam, discoopertis natibus ignominiam Aegypti. Et timebunt et confundentur ab Aethiopia spe sua, et ab Aegypto gloria sua. Et dicet habitator insulae hujus in die illa, Haec erat spes nostra? Ad quos confugimus in auxilium, ut liberarent nos a facie regis Assyriorum? Et quomodo effugere poterimus nos?"

In consummatione mundi, praeteritarum deliciarum recordatio erit materia cruciatuum. Unde et dives ille in convivio purpuratus, qui receperat bona sua in vita sua, elevans oculos suos de inferno, Lazarum cernit in requie (Luc. XVI). Et Dominus increpans divites et luxuriosos atque ridentes, loquitur in Evangelio: Vae vobis divitibus, quoniam recepistis consolationem vestram. Vae vobis qui nunc saturati estis, quoniam esurietis. Vae vobis qui nunc ridetis, quia lugebitis et flebitis (Ibid., 24, 25). Quando igitur fuerit resurrectio mortuorum, et judicii advenerit dies, 332 tunc lugebit vinum atque vindemia, de qua Moyses loquitur: De vinea Sodomorum vinea eorum, propago eorum de Gomorrha. Uva eorum uva fellis, botrus amaritudinis eorum. Furor draconum vinum eorum, et furor aspidum insanabilis (Deut. XXXII, 33). Tunc omnis potio, sive ut Hebraice dicitur, sicera, id est, ebrietas, quae statum mentis evertit, et homines vigilare non patitur, amaritudine commutabitur, quae ad tempus utentibus se mella mentitur, et in novissimo amarior felle reperietur.

Oigan los judíos, que se glorían de haber recibido ellos solos la ley del Señor, que todas las naciones primero y todo el orbe recibió la ley natural, y por eso después fue dada la ley por Moisés, porque la primera ley fue disipada. De la cual el Apóstol habla: «Porque cuando las gentes, que no tienen ley, hacen por naturaleza las cosas que son de la ley, estos no teniendo ley, son ley para sí mismos: quienes muestran la obra de la ley escrita en sus corazones» (Rom. 2, 14). Quienes, pues, hubieren observado estas leyes, conseguirán premios: quienes empero las hubieren descuidado, sufrirán lo que ahora el discurso profético conmina. Y como al principio bendijo Dios a toda criatura que había hecho (Gén. 1): así en la consumación del mundo maldecirá a estos que son terrenos, y no hubieren sido peregrinos, sino habitantes de la tierra, y en ella hubieren pecado; quienes olvidados de su condición, unos contra otros con furor desvariaron. Y pocos permanecerán que tengan la imagen supercelestial: o bien, según los LXX, «pobres serán los habitantes de la tierra», porque perdieron las riquezas espirituales.

(Vers. 7 y ss.) «Lloró la vendimia, se debilitó la vid, gimieron todos los que se alegraban de corazón». «Cesó el gozo de los panderos, descansó el sonido de los que se alegraban, calló la dulzura de la cítara, con cántico no beberán vino, amarga será la poción para los que la beben». «Desgastada está la ciudad de la vanidad, cerrada está toda casa sin que nadie entre». «Clamor habrá por el vino en las plazas, desierta está toda alegría, trasladado ha sido el gozo de la tierra». «Y dejada está en la ciudad la soledad, y la calamidad oprimirá las puertas: porque estas cosas serán en medio de la tierra, en medio de los pueblos».

En la consumación del mundo, el recuerdo de las delicias pasadas será materia de tormentos. De donde también aquel rico purpurado en el convite, que había recibido sus bienes en su vida, elevando sus ojos del infierno, ve a Lázaro en el descanso (Luc. 16). Y el Señor, increpando a los ricos y lujuriosos y a los que ríen, habla en el Evangelio: «¡Ay de vosotros, ricos, porque habéis recibido vuestro consuelo!» «¡Ay de vosotros, los que ahora estáis saciados, porque tendréis hambre!» «¡Ay de vosotros, los que ahora reís, porque lutos tendréis y lloraréis!» (Ibíd. 24, 25). Cuando, pues, fuere la resurrección de los muertos, y llegare el día del juicio, entonces llorará el vino y la vendimia, de la cual Moisés habla: «De la viña de Sodoma es la viña de ellos, y su vástago de Gomorra». «Su uva, uva de hiel, su racimo de amargura». «Furor de dragones su vino, y furor de áspides incurable» (Deut. 32, 33). Entonces toda poción, o como se dice en hebreo, sicera, esto es, embriaguez, que trastorna el estado de la mente y no permite a los hombres velar, se conmutará en amargura, la cual por un tiempo finge mieles a los que de ella usan, y en lo último se hallará más amarga que la hiel.

Tunc omnis dulcedo laetantium et tympanorum ac citharae sonitus in planctum vertetur ac gemitum. Ingeramus hoc testimonium his qui in conviviis non solum gula et ebrietate, sed et auribus luxuriant, ut per omnes sensus animae fortitudo mollescap. Atteretur civitas vanitatis, sive omnis civitas, vel spiritualis Babylon, quae sedet in septem montibus purpurata, cujus supplicia in Apocalypsi Joannis legimus (Apoc. XVIII). Pulchreque dixit urbem vanitatis. Si enim de coelo et terra, et de omnibus quae terrena sunt dicitur: Vanitas vanitatum, et omnia vanitas (Eccl. I, 2); quanto magis hoc de una urbe dicendum est, quae totius orbis pars modica est! Tunc domus quarum nunc sunt aurata laquearia, et pauperibus absque tecto et tugurio frigore morientibus, parietes earum vestiuntur marmorum crustis, et secti eboris nitore resplendent, remanebunt vacuae. Clamor erit in plateis super vino, non in arcta et angusta via quae ducit ad vitam: sed in lata et spatiosa, quae ducit ad mortem (Matth. VII). Super vino et ebrietate erroris eorum, qui dormierunt somnum suum, et nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus suis (Ps. LXXV). Translatum est quippe in coelos gaudium terrae, et relicta est in urbe quondam celeberrima solitudo, et portas viarum frequentium per quas populorum influebant agmina, opprimet habitatorum calamitas. Et ut sciremus perspicue de totius orbis interitu nuntiari, intulit, Haec erunt in medio terrae: in medio gentium sive populorum.

(Vers. 13-15.) Quomodo si paucae olivae, quae remanserunt, excutiantur ex olea, et racemi cum fuerit finita vindemia. Hi levabunt vocem suam atque laudabunt, cum glorificatus fuerit Dominus, hinnient de mari: propter hoc in doctrinis glorificate Dominum: in insulis maris nomen Domini Dei Israel. Quantum ab Hebraica veritate in hoc loco LXX distet translatio, sequentia verba monstrabunt. LXX: Quomodo si quis excutiat olivam, sic excutient eos: et si quiescat vindemia, isti clamore vociferabuntur. Qui autem relicti fuerint super terram, laetabuntur simul cum gloria Domini, conturbabitur aqua maris, propterea gloria Domini in insulis erit maris, nomen Domini gloriosum erit, Domini Dei Israel.

Relictis hominibus paucis, quando maledictio voraverit terram, et in urbe fuerit solitudo, et haec universa contigerint in medio terrae, in medio populorum et gentium, tanta erit sanctorum paucitas, de quibus Dominus loquitur in Evangelio: Multi vocati, et pauci electi (Mat. XX, 16): et tam vehemens pressura justorum, ut tententur, si fieri potest, etiam electi Dei: et paucitas eorum baccis olivarum rarissimis comparetur, quae cum excussae fuerint atque demessae, vix paucae remanent in ramorum cacumine;

Entonces toda dulzura de los que se alegran y el sonido de los panderos y de la cítara se convertirá en llanto y gemido. Ingerimos este testimonio a aquellos que en los convites no solo con la gula y la embriaguez, sino también con los oídos se entregan al lujo, para que por todos los sentidos se ablande la fortaleza del alma. Se desgastará la ciudad de la vanidad, o toda ciudad, o la Babilonia espiritual, que se sienta purpurada sobre siete montes, cuyos suplicios leemos en el Apocalipsis de Juan (Apoc. 18). And bellamente dijo «ciudad de la vanidad». Pues si del cielo y de la tierra, y de todas las cosas que son terrenas se dice: «Vanidad de vanidades, y todo vanidad» (Ecl. 1, 2); ¡cuánto más ha de decirse esto de una sola ciudad, que es una parte mínima de todo el orbe! Entonces las casas que ahora tienen los techos dorados, mientras los pobres sin techo y sin choza mueren de frío, y las paredes de ellas se visten con costras de mármoles y resplandecen con el brillo del marfil cortado, permanecerán vacías. Clamor habrá en las plazas por el vino, no en la senda estrecha y angosta que conduce a la vida: sino en la ancha y espaciosa que conduce a la muerte (Mat. 7). Por el vino y la embriaguez del error de aquellos que durmieron su sueño, y nada hallaron todos los hombres de riquezas in sus manos (Sal. 75). Trasladado ha sido por cierto a los cielos el gozo de la tierra, y ha sido dejada en la ciudad antaño celebérrima la soledad, y la calamidad de los habitantes oprimirá las puertas de las vías frecuentadas por las cuales afluían las tropas de los pueblos. Y para que supiéramos claramente que se anuncia el perecimiento de todo el orbe, añadió: «Estas cosas serán en medio de la tierra: en medio de las gentes» o «pueblos».

(Vers. 13-15.) «Como si unas pocas olivas, que quedaron, fueran sacudidas del olivo, y racimos cuando hubiere terminado la vendimia. Estos alzarán su voz y alabarán, cuando el Señor hubiere sido glorificado, relincharán desde el mar: por esto glorificad al Señor en las doctrinas: en las islas del mar el nombre del Señor Dios de Israel». Cuánto dista en este lugar la traducción de los Setenta (LXX) de la verdad hebrea, lo mostrarán las siguientes palabras. LXX: «Como si alguien sacudiera el olivo, así los sacudirán a ellos: y si cesara la vendimia, estos vociferarán con clamor. Pero los que hubieren quedado sobre la tierra, se alegrarán juntamente con la gloria del Señor, se conturbará el agua del mar; por esto la gloria del Señor estará en las islas del mar, el nombre del Señor será glorioso, del Señor Dios de Israel».

Quedando pocos hombres, cuando la maldición hubiere devorado la tierra, y hubiere soledad en la ciudad, y todas estas cosas hubieren acontecido en medio de la tierra, en medio de los pueblos y las naciones, tanta será la escasez de los santos, de los cuales habla el Señor en el Evangelio: «Muchos son los llamados, y pocos los elegidos» (Mat. 20, 16); y tan vehemente la presión sobre los justos, que sean tentados, si es posible, incluso los elegidos de Dios; y su escasez se compare con las rarísimas bayas de los olivos, las cuales, cuando hubieren sido sacudidas y recolectadas, apenas unas pocas quedan en la cima de las ramas;

et quomodo cum fuerit finita vindemia, solent pauperes, egestate cogente, vacuas circuire vites, et pauca uvarum grana colligere.

Hi igitur qui remanserint, et post vindemiam mundi atque pressuram, manus quiverint Antichristi persequentis effugere, sive poenae imminentis ardores, levabunt voces suas in sublime, Deumque laudabunt. Quando venerit Dominus in gloria Patris sui, cum Angelis sanctis, et eum viderint in majestate regnantem, tunc hinnient in equorum similitudinem, laetitiae magnitudine gestientes, et hinnient de mari hujus saeculi. Propterea qui nunc in Scripturis sanctis eruditi estis, et scitis vobis tantum gaudium tantaque praemia reservari, in doctrinis glorificate Dominum, audientes illud quod scriptum est: Qui gloriatur, in Domino glorietur (II Cor. X, 17). Nequaquam in terra Judaeae, sed in insulis, id est, in Ecclesiis hujus maris et saeculi, in quibus benedicitur atque laudatur nomen Domini Dei quondam Israel, sive, hominis videntis Deum. Juxta LXX, omnia quae de sanctis intelleximus, referri possunt ad impios, quod cum fuerit finita vindemia, tunc illi clament in suppliciis constituti. Qui autem evaserint impiorum numerum laetentur in gloria Domini, et conturbentur aquae populorum hujus saeculi.

(Vers. 16.) A finibus terrae laudes audivimus, gloriam Justi, et dixi: Secretum meum mihi, secretum meum mihi: vae mihi. LXX: Ab aliis terrae portenta audivimus: spes justo, et dicent + mysterium meum mihi **.

Hoc quod dicitur mysterium meum mihi, in LXX non habetur, sed de Theodotionis translatione in Graeco additum est. Rursum pro eo quod illi posuerunt vae, ut sequenti versiculo jungeretur, in Hebraico dicitur OI LI (), quod proprie sonat, vae mihi. Pro finibus quoque quod nos propter explanationem sensus apertius posuimus, in Hebraico habetur MECCHENAPH (), quod alam, non finem, sonat.

Hi ergo, de quibus supra dictum est: Levabunt vocem suam atque laudabunt, cum hinnierint de mari, et in doctrinis glorificaverint Dominum, et viderint in insulis maris laudari nomen Domini Dei Israel, tunc consona voce cantabunt, et dicent: Ab aliis terrae, hoc est, a prophetis et a sanctis Domini, qui assumptis alis columbae, ad coelorum regna festinant, laudes ejus audivimus praedicari: et quod gloria vel spes Justi non sit irrita, sed rebus omnia compleantur.

y como cuando hubiere terminado la vendimia, suelen los pobres, obligados por la necesidad, recorrer las vides vacías y recoger unos pocos granos de uvas.

Estos, pues, que hubieren quedado, y después de la vendimia del mundo y de la tribulación (pressuram), hubieren podido escapar de las manos del Anticristo perseguidor, o de los ardores de la pena inminente, alzarán sus voces a lo alto y alabarán a Dios. Cuando venga el Señor en la gloria de su Padre, con los Ángeles santos, y lo vean reinando en majestad, entonces relincharán a semejanza de los caballos, saltando por la magnitud de la alegría, y relincharán desde el mar de este siglo. Por tanto, los que ahora estáis instruidos en las Sagradas Escrituras, y sabéis que se os reserva tanto gozo y tantos premios, glorificad al Señor en las doctrinas, oyendo aquello que está escrito: «El que se gloría, gloríese en el Señor» (2 Cor. 10, 17). De ninguna manera en la tierra de Judea, sino en las islas, esto es, en las Iglesias de este mar y siglo, en las cuales es bendecido y alabado el nombre del Señor Dios antaño de Israel, o bien, del «hombre que ve a Dios». Según los LXX, todas aquellas cosas que hemos entendido sobre los santos pueden referirse a los impíos, que cuando hubiere terminado la vendimia, entonces ellos clamen constituidos en suplicios. Pero los que hubieren evadido el número de los impíos, alégrense en la gloria del Señor, y contúrbense las aguas de los pueblos de este siglo.

(Vers. 16.) «Desde los confines de la tierra oímos alabanzas, la gloria del Justo, y dije: Mi secreto para mí, mi secreto para mí: ¡ay de mí!». LXX: «De las alas de la tierra oímos portentos: esperanza al justo, y dirán + mi misterio para mí **».

Esto que se dice «mi misterio para mí», no se halla en los LXX, sino que ha sido añadido en el griego de la traducción de Teodoción. De nuevo, en lugar de aquello que ellos pusieron «ay», para que se uniera al versículo siguiente, en el hebreo se dice *OI LI* (), que propiamente suena «¡ay de mí!». También por «confines» lo que nosotros, para la explicación del sentido, pusimos más claramente, en hebreo se tiene *MECCHENAPH* (), que suena «ala», no «confín».

Estos, pues, de los que se ha dicho arriba: «Alzarán su voz y alabarán», cuando hubieren relinchado desde el mar, y glorificado al Señor en las doctrinas, y visto que se alaba en las islas del mar el nombre del Señor Dios de Israel, entonces cantarán con voz unísona, y dirán: «De las alas de la tierra», esto es, de los profetas y de los santos del Señor, los cuales, habiendo tomado las alas de la paloma, se apresuran a los reinos de los cielos, oímos que se predican sus alabanzas: y que la gloria o esperanza del Justo no es vana, sino que todas las cosas se cumplen con los hechos.

Dicentibus itaque haec sanctis, et hinnientibus de mari, et levantibus vocem suam atque laudantibus, Propheta sibimetipsi loquitur: Cum, inquit, haec audissem, et in subversionem orbis vaticinium Prophetarum explendum esse perspicerem, locutus sum mihi interno cordis affectu: Non possum cuncta narrare quae cerno. Haeret lingua faucibus meis, vox dolore concluditur. Vae mihi, quantus ordo poenarum ante oculos versatur meos! cerno praesentia quae futura sunt. Errant autem qui hoc putant ex persona Dei debere intelligi, rerum ordinem non sequentes. Mirorque quo sensu pro psalmis, et laudibus, quod in Hebraico legitur ZEMROTH (), LXX portenta interpretati sunt, nisi forte signum est atque portentum, ut excluso populo Judaeorum, incredula prius gentium turba salvetur.

(Vers. 17, 18.) Praevaricantes praevaricati sunt, et praevaricatione transgressorum praevaricati sunt. Formido et fovea et laqueus super te, qui habitator es terrae; et erit, qui fugerit a voce formidinis cadet in foveam, et qui se explicuerit de fovea, tenebitur a laqueo. LXX: Vae praevaricatoribus qui praevaricantur legem. Timor et fovea et laqueus super vos qui habitatis terram. Et erit, qui fugerit timorem, cadet in foveam, et qui exierit de fovea, capietur laqueo. Haec est causa luctus et gemitus mei, propter quam secundo dixi, secretum meum mihi, secretum meum mihi: quia omnes praevaricati sunt legem Dei, et nequaquam Domini poena differtur, nec futura praedicitur, sed imminet, et habitatores terrae captos tenet. Cumque se putaverint fugisse, ex alio incident in aliud, et quocumque se verterint, impendentem iram Domini non evadent.

(Vers. 19, 20.) Quia cataractae de excelsis apertae sunt, et concutientur fundamenta terrae. Confractione confringetur terra, contritione conteretur terra, commotione commovebitur terra. Agitatione agitabitur terra sicut ebrius, et auferetur quasi tabernaculum unius noctis, et gravabit eam iniquitas sua, et corruet, et non adjiciet ut resurgat.

Propterea formidinem, et laqueum et foveam Domini nullus evadet, quia cataractae de excelsis, sive ut LXX manifestius transtulerunt, fenestrae coeli apertae sunt, ut despiceret Dominus hominum universa peccata, quae prius, quia non puniebat, videbatur peccatoribus ignorare. Postquam autem apertis fenestris vidit cuncta opera mortalium, concussa sunt fundamenta terrae, juxta illud quod in alio loco de Dei intuitu scriptum est: Qui respicit terram, et faciet eam tremere (Ps. CIII, 32); tunc confringetur et conteretur, et commovebitur atque agitabitur terra in similitudinem ebrii: non quod ipsa terra redigatur in pulverem, et in nihili; sed quod universa terrena pertranseant, et succedat alia conversatio.

Diciendo, pues, los santos estas cosas, y relinchando desde el mar, y alzando su voz y alabando, el Profeta habla consigo mismo: «Cuando —dice— hube oído estas cosas, y percibí que la profecía de los Profetas debía cumplirse en la subversión del orbe, hablé conmigo mismo con el afecto interno del corazón: No puedo narrar todo lo que veo. Se pega la lengua a mis fauces, la voz se cierra por el dolor. ¡Ay de mí, cuánta serie de penas se revuelve ante mis ojos! Veo como presentes las cosas que son futuras». Yerran, empero, los que piensan que esto debe entenderse de la persona de Dios, no siguiendo el orden de las cosas. Y me maravillo en qué sentido los LXX interpretaron «portentos» por «salmos» y «alabanzas», que en hebreo se lee *ZEMROTH* (), a no ser que tal vez sea signo y portentoso que, excluido el pueblo de los judíos, se salve la antes incrédula muchedumbre de las naciones.

(Vers. 17, 18.) «Los prevaricadores han prevaricado, y con la prevaricación de los transgresores han prevaricado. El pavor y la fosa y el lazo sobre ti, que eres habitante de la tierra; y será que el que huyere de la voz del pavor caerá en la fosa, y el que se hubiere zafado de la fosa, será apresado por el lazo». LXX: «¡Ay de los prevaricadores que prevarican la ley! Temor y fosa y lazo sobre vosotros que habitáis la tierra. Y será que el que huyere del temor, caerá en la fosa, y el que saliere de la fosa, será capturado por el lazo». Esta es la causa de mi luto y mi gemido, por la cual dije por segunda vez «mi secreto para mí, mi secreto para mí»: porque todos han prevaricado la ley de Dios, y de ninguna manera se difiere la pena del Señor, ni se predice como futura, sino que es inminente, y tiene capturados a los habitantes de la tierra. Y cuando hubieren pensado haber huido, caerán de una cosa en otra, y a cualquier parte que se vuelvan, no escaparán de la inminente ira del Señor.

(Vers. 19, 20.) «Porque las cataratas de lo alto se han abierto, y se sacudirán los fundamentos de la tierra. Con quebranto se quebrantará la tierra, con trituración se triturará la tierra, con conmoción se conmoverá la tierra. Con agitación se agitará la tierra como un borracho, y será quitada como un tabernáculo de una sola noche, y la gravará su iniquidad, y caerá, y no añadirá que resurja».

Por tanto, nadie escapará al pavor y al lazo y a la fosa del Señor, porque las cataratas de lo alto —o como los LXX tradujeron más claramente, las ventanas del cielo— están abiertas, para que el Señor mirara desde arriba todos los pecados de los hombres, los cuales antes, porque no los castigaba, parecía a los pecadores ignorar. Pero después de que, abiertas las ventanas, vio todas las obras de los mortales, se sacudieron los fundamentos de la tierra, según aquello que en otro lugar está escrito sobre el mirar de Dios: «El que mira la tierra, y la hará temblar» (Sal. 103, 32); entonces se quebrantará y se triturará, y se conmoverá y se agitará la tierra a semejanza de un borracho: no porque la tierra misma sea reducida a polvo y a la nada; sino porque todas las cosas terrenas pasan, y sucede otra conversación.

Et quomodo ebrius nescit quid agat, sed hebescentibus ebrietate nervis, nec pes nec mens stat in suo officio: sic omnis terra, id est, omnes homines qui versantur in terra, malorum magnitudine atque poenarum ebrii erunt, et stupebunt ad cuncta quae cernent. Et sicut unius noctis tabernaculum atque tentorium transfertur de loco ad locum, et locus tentorii pristini a viatore deseritur, ita ut nullum vestigium remaneat praeteritae mansionis: sic transibit figura hujus mundi, et erit terra deserta quae gravata est iniquitate sua, cujus pondus et gravissimum onus in Zacharia scribitur: Quae sedebat super talentum plumbi (Zac. V, 32).

Et corruet, inquit, et non adjiciet ut resurgat. Non quod resurrectio negetur hominum, et omnium qui versabantur in terra, sed nequaquam erit terrena conversatio, et pristinae vitae status, cum ad hoc humana resurgant corpora, ut animae eisdem, quae prius deposuerant, corporibus vestiantur, et recipiant a Deo sive bona, sive mala, quae egerunt super terram.

(Vers. 21 seqq.) Et erit in die illa, visitabit Dominus super militiam coeli in excelso, et super reges terrae qui sunt super terram. Et congregabuntur in congregationem unius fascis in lacum, et claudentur ibi in carcere, et post multos dies visitabuntur. Et erubescet luna, et confundetur sol, cum regnaverit Dominus exercituum in monte Sion et in Jerusalem, et in conspectu senum suorum fuerit glorificatus.

Pro eo quod nos interpretati sumus, et erubescet luna, et confundetur sol, Septuaginta transtulerunt, liquefieri laterem, et cadere murum: quae autem erroris causa sit, sequentia verba monstrabunt. Sol lingua Hebraica tribus generibus appellatur: SEMES (), et HAMMA (), quod interpretatur calor, et HERES (), quod ὄστρακον, id est, testam vel ariditatem sonat. MAOR () autem, quod Graece φωστὴρ, Latine dicitur luminare, soli lunaeque commune est. Rursum luna vocatur JAREE (), quae Graece dicitur μάνη, eo quod triginta dierum circuitu mensem efficiat, et LABANA (), id est, alba vel candida.

In praesenti igitur loco pro LABANA, id est, luna, Septuaginta interpretati sunt laterem, qui Hebraice appellatur LEBENA, verbi ambiguitate decepti. Rursum pro HAMMA, id est, calore, per quem intelligitur, sol, posuerunt murum, qui Hebraice dicitur HOMA (). Est autem hic sensus totius capituli: Fenestrae coeli apertae sunt, ut prospiciente Domino terrena peccata, omnis figura terrenorum operum praeteriret, et corrueret, et nequaquam ultra in pristinum statum resurgeret.

Y como el borracho no sabe qué hace, sino que, embotándose los nervios por la embriaguez, ni el pie ni la mente se mantienen en su oficio: así toda la tierra, esto es, todos los hombres que se ocupan en la tierra, estarán borrachos por la magnitud de los males y de las penas, y se estupefactarán ante todas las cosas que vean. Y como el tabernáculo y la tienda de una sola noche se traslada de lugar en lugar, y el lugar de la tienda antigua es dejado por el viajero, de modo que no queda ningún vestigio de la pasada mansión: así pasará la figura de este mundo, y será tierra desierta la que ha sido gravada por su iniquidad, cuyo peso y gravísima carga se escribe en Zacarías: «La que se sentaba sobre un talento de plomo» (Zac. 5, 32).

Y caerá, dice, y no añadirá que resurja. No porque se niegue la resurrección de los hombres y de todos los que se ocupaban en la tierra, sino que de ninguna manera habrá una conversación terrena y el estado de la vida antigua, pues para esto resurgirán los cuerpos humanos: para que las almas se vistan de los mismos cuerpos que antes habían dejado, y reciban de Dios ya sea lo bueno, ya sea lo malo, que hicieron sobre la tierra.

(Vers. 21 y ss.) «Y será en aquel día: visitará el Señor sobre la milicia del cielo en lo alto, y sobre los reyes de la tierra que están sobre la tierra. Y serán congregados en la congregación de un solo haz en el lago, y serán encerrados allí en la cárcel, y después de muchos días serán visitados. Y se sonrojará la luna, y se confundirá el sol, cuando hubiere reinado el Señor de los ejércitos en el monte Sion y en Jerusalén, y en presencia de sus ancianos hubiere sido glorificado».

Por aquello que nosotros interpretamos «y se sonrojará la luna, y se confundirá el sol», los Setenta tradujeron «licuarse el ladrillo, y caer el muro»: qué causa haya para el error, lo mostrarán las siguientes palabras. El sol en lengua hebrea se llama de tres géneros [nombres]: *SEMES* (), y *HAMMA* (), que se interpreta «calor», y *HERES* (), que suena *óstrakon*, esto es, «teja» o «aridez». *MAOR* (), empero, que en griego es *phōstēr*, en latín se dice «luminaria» (*luminare*), es común al sol y a la luna. Por otro lado, la luna se llama *JAREE* (), que en griego se dice *mēnē*, por cuanto por el circuito de treinta días efectúa el mes, y *LABANA* (), esto es, «blanca» o «cándida».

En el presente lugar, pues, por *LABANA*, esto es, «luna», los Setenta interpretaron «ladrillo», que en hebreo se llama *LEBENA*, engañados por la ambigüedad de la palabra. De nuevo, por *HAMMA*, esto es, «calor», por el cual se entiende el «sol», pusieron «muro», que en hebreo se dice *HOMA* (). Y es este el sentido de todo el capítulo: las ventanas del cielo se han abierto, para que, mirando el Señor los pecados terrenos, toda figura de las obras terrenas pasara, y cayera, y de ninguna manera resurgiera más al estado antiguo.

In die illa, hoc est, in die judicii visitabit Dominus super militiam, sive super ornatum coeli in excelsis, ut non solum terrena, sed et coelestia judicet. Quis sit autem ornatus coeli sive militia, Moyse scribente, discamus: Cave ne suspiciens coelum, et videns solem, et lunam. stellas et omnem ornatum coeli, decipiaris, et adores ea (Deut. IV, 19). Visitabit autem Dominus, secundum idioma Scripturarum, quasi aegrotantem militiam, et exercitum coeli, et ferro et cauteriis indigentem, secundum illud: Visitabo in virga peccata eorum, et in flagellis iniquitates eorum (Ps. LXXXVIII, 3). Nam et in sequentibus legimus: Inebriatus est gladius meus in coelo (Infra XXXIV, 5); Et in Job: Astra non sunt munda in conspectu ejus. Et: Adversum Angelos suos perversum quid reperit (Job. XXV, 5).

Visitabit quoque super reges et principes terrae, rectores tenebrarum istarum, et spiritualia nequitiae in coelestibus. De quibus principibus diversis provinciis praesidentibus et in Daniele scriptum est: Exiit in occursum mihi princeps regni Persarum, et princeps regni Medorum, et princeps regni Graecorum (Dan. X). Hos igitur principes, qui suum non servaverunt gradum, congregabit Dominus in die judicii, quasi in uno fasce pariter colligatos, et mittet in lacum inferni, ut in illis quoque impleatur quod de impiis scriptum est: Lacum aperuit, et effodit eum, et incidit in foveam quam fecit (Ps. VII, 16).

Et includentur in carcere, juxta illud quod ait Dominus: Ite in ignem aeternum, qui praeparatus est diabolo et Angelis ejus (Matth. XXV, 41). Quod autem sequitur: Et post multos dies visitabuntur, videtur applaudere amicis meis, qui diabolo et daemonibus dant poenitentiam, quod multa post tempora a Domino visitentur. Sed considerent quod non dixerit aperte Scriptura divina: Visitabuntur a Domino, vel visitabuntur ab Angelis, sed absolute, visitabuntur. Ex qua ambiguitate verbi et remedium potest intelligi, et correptio, quod postquam justi praemia receperint, illi in poenis perpetuis visitentur. Est tamen sciendum, quod judicium Dei humana non possit scire fragilitas, nec de poenarum magnitudine atque mensura ferre sententiam, quae Domini arbitrio derelicta est.

Tunc erubescet luna, et confundetur sol, juxta illud quod Apostolus ait: Etenim creatura ipsa congemiscit et parturit (Rom. VIII, 22), cernens homines qui suo fruebantur lumine, nihil dignum Dei bonitate fecisse, qui solem suum oriri facit super justos et injustos (Matth. V). Quomodo si dispensator et villicus, veniente Domino, cernat familiam variis subjici cruciatibus, et nequaquam sua implesse praecepta.

En aquel día, esto es, en el día del juicio, visitará el Señor sobre la milicia, o sobre el ornato del cielo en lo alto, para que no solo lo terreno, sino también lo celestial juzgue. Quién sea, empero, el ornato del cielo o milicia, aprendámoslo de lo que escribe Moisés: «Cuidado no sea que alzando la vista al cielo, y viendo el sol y la luna, las estrellas y todo el ornato del cielo, seas engañado y los adores» (Deut. 4, 19). Visitará, empero, el Señor, según el modismo de las Escrituras, como a una milicia enferma y al ejército del cielo que necesita de hierro y de cauterios, según aquello: «Visitaré con vara sus pecados, y con azotes sus iniquidades» (Sal. 88, 33). Pues también en lo que sigue leemos: «Embriagada está mi espada en el cielo» (Infra 34, 5); y en Job: «Las estrellas no están limpias en su presencia» (Job 25, 5). Y: «Contra sus Ángeles halló algo perverso» (Job 4, 18).

Visitará también sobre los reyes y príncipes de la tierra, los rectores de estas tinieblas, y las maldades espirituales en los cielos. Sobre los cuales príncipes que presiden diversas provincias también se escribe en Daniel: «Salió a mi encuentro el príncipe del reino de los persas, y el príncipe del reino de los medos, y el príncipe del reino de los griegos» (Dan. 10). A estos príncipes, pues, que no guardaron su propio grado, los congregará el Señor en el día del juicio, como atados paritariamente en un solo haz, y los enviará al lago del infierno, para que en ellos también se cumpla lo que de los impíos se escribe: «El lago abrió, y lo excavó, e incidió en la fosa que hizo» (Sal. 7, 16).

Y serán encerrados en la cárcel, según aquello que dice el Señor: «Id al fuego eterno, que está preparado para el diablo y sus ángeles» (Mat. 25, 41). Lo que empero sigue: «Y después de muchos días serán visitados», parece aplaudir a mis amigos, que dan penitencia al diablo y a los demonios, porque mucho tiempo después serían visitados por el Señor. Pero consideren que no dijo abiertamente la divina Escritura «serán visitados por el Señor», o «serán visitados por los ángeles», sino absolutamente «serán visitados». De cuya ambigüedad de la palabra puede entenderse tanto el remedio como la corrección, de que después de que los justos hubieren recibido sus premios, aquellos sean visitados en penas perpetuas. Es, no obstante, de saber, que la fragilidad humana no puede conocer el juicio de Dios, ni proferir sentencia sobre la magnitud y medida de las penas, la cual ha sido dejada al arbitrio del Señor.

Entonces «se sonrojará la luna, y se confundirá el sol», según aquello que dice el Apóstol: «Pues la criatura misma gime y está de parto» (Rom. 8, 22), viendo a los hombres que gozaban de su luz no haber hecho nada digno de la bondad de Dios, que hace salir su sol sobre justos e injustos (Mat. 5). Como si el dispensador y el mayordomo, viniendo el Señor, viera a la familia sometida a varios cruciatos, y de ninguna manera haber cumplido sus preceptos.

De hoc eodem loco plenius Salvator in Evangelio docet: Sol obscurabitur, et luna non dabit lumen suum, et stellae cadent de coelo, et virtutes coelorum movebuntur, quando apparuerit signum Filii hominis in coelo, et planxerint se omnes tribus terrae, et viderint Filium hominis venientem cum nubibus coeli, in virtute et gloria multa (Matth. XXIV, 29, 30).

Didicimus subversionem terrae, visitationem militiae coeli, congregationem regum et principum in unum fascem, et detrusionem in lacum, et custodiam carceris, et clausorum post longum tempus visitationem, ruborem lunae et confusionem solis. Post hoc omnia regnabit Dominus exercituum in monte Sion et in Jerusalem coelesti, de qua et in Epistola scribitur ad Hebraeos: Et in conspectu senum suorum gloriabitur (Hebr. XII). Qualis senex fuit Abraham, qui mortuus est in senectute bona, et appositus est ad patres suos (Gen. XXV). Quales jubetur et Moyses presbyteros eligere, quos scit esse presbyteros (Num. XI): cani enim hominis sapientia ejus (Sap. IV, 8), qui imitantur vetustum dierum, cujus caesaries describitur candida, ut aetatis longitudo monstretur (Dan. VII, 9). Potest hoc et de ecclesiastico gradu intelligi, si tamen non destruant operibus dignitatem.

(Cap. XXV.---Vers. 1 seqq.) Domine, Deus meus es tu: exaltabo te, confitebor nomini tuo, quoniam fecisti mirabilia, cogitationes antiquas fideles: amen. Quia posuisti civitatem in tumulum, urbem fortem in ruinam, domum alienorum: ut non sit civitas, et in sempiternum non aedificetur. Super hoc laudabit te populus fortis, civitas gentium robustarum timebit te. Quia factus es fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tribulatione sua, spes a turbine, umbraculum ab aestu: spiritus enim robustorum quasi turbo impellens parietem. Sicut aestus in siti, tumultum alienorum humiliabis: et quasi calore sub nube torrente, propaginem fortium marcescere facies.

LXX: Domine Deus meus, glorificabo te: laudabo nomen tuum, quoniam fecisti admirabiles res, consilium antiquum verum, fiat. Quia posuisti civitates in tumulum: civitates fortes, ut caderent fundamenta earum. Impiorum civitates in aeternum non aedificabuntur. Propterea benedicet tibi populus pauperum, et civitates hominum iniquitatem sustinentium benedicent tibi.

Fuisti enim omni civitati humili auxiliator, et tristibus propter inopiam protectio: ab hominibus pessimis liberabis eos: umbraculum sitientium, et spiritus hominum iniquitatem sustinentium quasi homines pusillanimes sitientes in Sion ab hominibus impiis, quibus nos tradidisti.

De este mismo lugar enseña más plenamente el Salvador en el Evangelio: «El sol se oscurecerá, y la luna no dará su luz, y las estrellas caerán del cielo, y las virtudes de los cielos se conmoverán, cuando apareciere el signo del Hijo del hombre en el cielo, y se lamentaren todas las tribus de la tierra, y vieren al Hijo del hombre viniendo con las nubes del cielo, en virtud y gloria mucha» (Mat. 24, 29, 30).

Hemos aprendido la subversión de la tierra, la visitación de la milicia del cielo, la congregación de los reyes y príncipes en un solo haz, y la detrusión en el lago, y la custodia de la cárcel, y la visitación de los encerrados después de largo tiempo, el rubor de la luna y la confusión del sol. Después de todas estas cosas reinará el Señor de los ejércitos en el monte Sion y en la Jerusalén celestial, de la cual también se escribe en la Epístola a los Hebreos: «Y en presencia de sus ancianos se gloriará» (Hebr. 12, 22-23). Tal anciano fue Abraham, que murió en buena senectud, y fue agregado a sus padres (Gén. 25, 8). Tales como se manda también a Moisés elegir presbíteros, a los que sabe ser presbíteros (Núm. 11): pues la canicie del hombre es su sabiduría (Sab. 4, 8), los cuales imitan al Anciano de días, cuya cabellera se describe blanca, para que se muestre la longitud de la edad (Dan. 7, 9). Puede esto entenderse también del grado eclesiástico, si es que no destruyen con sus obras la dignidad.

(Cap. XXV.—Vers. 1 y ss.) «Señor, Dios mío eres tú: te exaltaré, confesaré a tu nombre, porque has hecho maravillas, pensamientos antiguos fieles: amén. Porque pusiste la ciudad en un túmulo, la ciudad fuerte en ruina, la casa de los extraños: para que no sea ciudad, y por siempre no sea edificada. Sobre esto te alabará el pueblo fuerte, la ciudad de las naciones robustas te temerá. Porque has sido hecho fortaleza para el pobre, fortaleza para el necesitado en su tribulación, esperanza contra el torbellino, sombra contra el calor: pues el espíritu de los robustos es como un torbellino que impulsa la pared. Como el calor en la sed, humillarás el tumulto de los extraños: y como con calor bajo nube ardiente, harás marchitar el vástago de los fuertes».

LXX: «Señor Dios mío, te glorificaré: alabaré tu nombre, porque has hecho cosas admirables, el consejo antiguo verdadero, hágase. Porque pusiste las ciudades en un túmulo: ciudades fuertes, para que cayeran sus fundamentos. Las ciudades de los impíos por la eternidad no serán edificadas. Por esto te bendecirá el pueblo de los pobres, y las ciudades de los hombres que sostienen la iniquidad te bendecirán.

Pues fuiste para toda ciudad humilde un auxiliador, y para los tristes por la penuria una protección: de los hombres pésimos los librarás: sombra de los sedientos, y el espíritu de los hombres que sostienen la iniquidad como hombres pusilánimes sedientos en Sion de los hombres impíos, a los cuales nos entregaste».

Duplex hujus loci expositio est. Judaei putant vocem sanctorum esse, populique credentis: cum Deus adversum omnem orbem quae supra dicta sunt fecerit, et omnium prophetarum fuerint completa vaticinia; civitatemque subversam, Romam interpretantur, quae delenda sit penitus, populumque fortem, qui laudet Dominum, et cui factus sit Dominus fortitudo in tribulatione sua et angustia, referunt ad Israel, qui de persecutione gentium quasi in aestu ardentissimo et in siti liberatus sit. Alii vero et melius et rectius ex persona prophetae dici intelligunt, pro passione Domini Salvatoris gratias Patri referentis, quod fecerit mirabilia, et cogitationes antiquas veritate compleverit, quando stantes ad dexteram audient: Venite, benedicti Patris mei, possidete praeparatum vobis regnum a constitutione mundi (Matth. XXV, 34). Quod et Paulus intelligens loquebatur: Sicut elegit nos in ipso ante constitutionem mundi, esse nos sanctos et immaculatos (Ephes. I, 4); desideransque fieri quod prophetat, adjungit verbum Hebraicum AMEN () pro quo LXX transtulerunt fiat. Et Dominus in Evangelio saepe hoc verbo utitur: Amen, amen, id est, vere, vere dico vobis (Joan. VI, 54). Quare autem laudet et confiteatur nomini Domini, et quae sint ista mirabilia, et cogitationes antiquae, quas veras opere demonstravit, sequitur: Quia posuisti civitatem in tumulum, urbem fortem in ruinam, domum alienorum, ut non sit civitas, et in aeternum non aedificetur. Civitas quondam fortis Jerusalem intelligitur, quae facta est domus alienorum; de quibus Salvator dicit in psalmo: Filii alieni mentiti sunt mihi, filii alieni inveteraverunt et claudicaverunt in semitis suis (Ps. XVII, 46). Haec civitas cum destructa fuerit, in aeternum non aedificabitur, ut mille annorum regnum et aureae Jerusalem atque gemmatae somnia conquiescant.

Destructa autem Jerusalem pro impietate sua, laudabit Dominum populus fortis. Quis sit autem populus fortis, sequens versus ostendit: Civitas gentium robustarum timebit te. Illis blasphemantibus, gentium populus te timebit. Principium enim sapientiae timor Domini (Prov. IX, 10). Laudabitque te populus fortis, et civitas gentium robustarum timebit te, hoc est Ecclesia de gentibus congregata. Quia factus es fortitudo pauperi, Christo tuo, de quo et in Psalmis legimus: Beatus qui intelligit super egenum et pauperem (Ps. XL, 1). Et in Zacharia secundum Hebraicam veritatem, pauper, hoc est EBION (), super pullum asinae sedere describitur (Zach. IX). Fortitudo egeno, in tribulatione passionis suae, spes a turbine patibuli, et umbraculum ab aestu, quando locutus est: Pater, in manus tuas commendo spiritum meum (Luc. XXIII, 46). Quomodo enim si ventus impingatur parieti atque pertranseat: sic turbo blasphemantium Judaeorum illi nocere non potuit.

Doble es la exposición de este lugar. Los judíos piensan que es la voz de los santos y del pueblo creyente: cuando Dios hubiere hecho contra todo el orbe las cosas que arriba se han dicho, y se hubieren cumplido los vaticinios de todos los profetas; e interpretan la ciudad subvertida como Roma, la cual ha de ser destruida por completo, y el pueblo fuerte, que alaba al Señor, y para el cual el Señor ha sido hecho fortaleza en su tribulación y angustia, lo refieren a Israel, que de la persecución de las gentes como en un calor ardientísimo y en la sed ha sido librado. Otros, empero, y mejor y más rectamente, entienden que se dice de la persona del profeta, refiriendo gracias al Padre por la pasión del Señor Salvador, porque hizo maravillas y cumplió con la verdad los pensamientos antiguos, cuando estando a la derecha oigan: «Venid, benditos de mi Padre, poseed el reino preparado para vosotros desde la constitución del mundo» (Mat. 25, 34). Lo cual también Pablo entendiendo hablaba: «Como nos eligió en él antes de la constitución del mundo, para que fuéramos santos e inmaculados» (Ef. 1, 4); y deseando que se haga lo que profetiza, añade la palabra hebrea AMÉN () por la cual los LXX tradujeron «hágase» (*fiat*). Y el Señor en el Evangelio usa a menudo esta palabra: «Amén, amén», esto es, «en verdad, en verdad os digo» (Juan 6, 54). Por qué empero alabe y confiese al nombre del Señor, y cuáles sean aquellas maravillas y pensamientos antiguos, que demostró verdaderos con la obra, sigue: «Porque pusiste la ciudad en un túmulo, la ciudad fuerte en ruina, la casa de los extraños, para que no sea ciudad, y por la eternidad no sea edificada». Se entiende la ciudad antaño fuerte, Jerusalén, que ha sido hecha casa de extraños; de los cuales dice el Salvador en el salmo: «Los hijos extraños me mintieron, los hijos extraños envejecieron y claudicaron en sus sendas» (Sal. 17, 46). Esta ciudad cuando hubiere sido destruida, por la eternidad no será edificada, para que los sueños del reino de mil años y de la Jerusalén áurea y enjoyada descansen.

Destruida, pues, Jerusalén por su impiedad, alabará al Señor el pueblo fuerte. Quién sea, empero, el pueblo fuerte, lo muestra el versículo siguiente: «La ciudad de las naciones robustas te temerá». Blasphemando aquellos, el pueblo de las gentes te temerá. «Pues el principio de la sabiduría es el temor del Señor» (Prov. 9, 10). Y te alabará el pueblo fuerte, y la ciudad de las naciones robustas te temerá, esto es, la Iglesia congregada de entre las gentes. «Porque has sido hecho fortaleza para el pobre», para tu Cristo, de quien también en los Salmos leemos: «Bienaventurado el que entiende sobre el necesitado y el pobre» (Sal. 40, 1). Y en Zacarías según la verdad hebrea, el pobre, esto es *EBION* (), se describe sentado sobre el pollino de una asna (Zac. 9). Fortaleza para el necesitado, en la tribulación de su pasión, esperanza contra el torbellino del patíbulo [la cruz], y sombra contra el calor, cuando habló: «Padre, en tus manos encomiendo mi espíritu» (Luc. 23, 46). Pues como si el viento se lanzara contra la pared y pasara de largo: así el torbellino de los judíos blasfemantes no pudo dañarlo.

Et ut alia utar similitudine, sicut propago gravissimo torretur aestu, atque flaccescit, ita tumultum et clamorem alienorum, hoc est, qui a te alieni facti sunt, marcescere facies et perire. Juxta LXX interpretes, non dico sensum, sed verborum ordinem et consequentiam, in hoc loco reperire non potui. Et pro eo loco, ubi nos interpretati sumus, sicut aestum in siti, pro quo in Hebraeo scriptum est BASAION (), quod apud eos invium, vel sitis, dicitur; quare illi pro invio et in siti verterint, in Sion; error perspicuus est, ob similitudinem verbi SAION et SION (Ambo), quod eisdem signatur elementis.

(Vers. 6---8.) Et faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc convivium pinguium, convivium vindemiae: pinguium medullatorum, vindemiae defaecatae. Et praecipitabit in monte isto faciem vinculi colligati super omnes populos, et telam quam orditus est super omnes nationes. Et praecipitabit mortem in sempiternum, et auferet Dominus Deus lacrymam ab omni facie, et opprobrium populi sui auferet de universa terra: quia Dominus locutus est.

LXX: Et faciet Dominus Sabaoth omnibus gentibus super montem istum, bibent laetitiam, bibent vinum. Ungentur unguento in monte isto. Trade omnia haec gentibus, consilium enim hoc super omnes gentes: devoravit mors praevalens. Et rursum: Abstulit Dominus Deus omnem lacrymam ab omni facie, et opprobrium populi sui abstulit ab omni terra. Os enim Domini locutum est.

Pro eo quod nos vertimus, faciem vinculi colligati super omnes populos, Aquila interpretatus est, faciem tenebrarum super omnes populos. Cumque Aquila bis tenebras dixerit, Theodotio semel tenebras nominavit, caetera similiter. Pro quo Symmachus transtulit, faciem Dominatoris qui dominatur super omnes populos.

Quid autem voluerint pro hoc loco Septuaginta dicere: Trade omnia haec gentibus, legenti perspicuum est, quod non Scripturae verba, sed suum sensum posuerint, eo quod omnia mysteria Legis et Templi transferenda sint ad Ecclesias nationum. Post passionem ergo Domini, quando eum a siti et aestu, ac turbine liberaverit, faciet Dominus nequaquam populo Judaeorum, sed omnibus gentibus in monte Sion pingue convivium, holocausta medullata, et vinum vindemiae defaecatae, ut praecipitet et absorberi faciat faciem mortis et vinculi quo omnes populi ligabantur; disrumpetque rete mortis, et telam quae omnes ceperat nationes.

Y para que use otra semejanza, como el vástago se tuesta por el gravísimo calor y se marchita, así el tumulto y el clamor de los extraños, esto es, de los que se han hecho extraños para ti, los harás marchitar y perecer. Según los traductores LXX, no digo el sentido, sino el orden y la consecuencia de las palabras, no pude hallar en este lugar. Y por aquel lugar, donde nosotros interpretamos «como el calor en la sed», por el cual en el hebreo está escrito *BASAION* (), que entre ellos se dice «invío» o «sed»; por qué ellos en lugar de «invío» y «en la sed» vertieron «en Sion»; el error es perspicuo, por la semejanza de la palabra *SAYON* y *SION* (ambas), que se señala con los mismos elementos.

(Vers. 6-8.) «Y hará el Señor de los ejércitos para todos los pueblos en este monte un convite de viandas pingües, un convite de vendimia: de pingües medulados, de vendimia purificada. Y precipitará en este monte la faz del vínculo atado sobre todos los pueblos, y la tela que urdió sobre todas las naciones. Y precipitará la muerte por siempre, y quitará el Señor Dios la lágrima de toda faz, y el oprobio de su pueblo quitará de toda la tierra: porque el Señor ha hablado».

LXX: «Y hará el Señor Sabaoth para todas las gentes sobre este monte, beberán alegría, beberán vino. Se ungirán con ungüento en este monte. Entrega todas estas cosas a las gentes, pues este consejo es sobre todas las gentes: devoró la muerte prevaleciente». Y de nuevo: «Quitó el Señor Dios toda lágrima de toda faz, y el oprobio de su pueblo quitó de toda la tierra. Pues la boca del Señor ha hablado».

Por aquello que nosotros vertimos, «la faz del vínculo atado sobre todos los pueblos», Aquila interpretó «la faz de las tinieblas sobre todos los pueblos». Y aunque Aquila dijo dos veces «tinieblas», Teodoción nombró las tinieblas una sola vez, lo demás de igual modo. Por lo cual Símaco tradujo «la faz del Dominador que domina sobre todos los pueblos».

Qué quisieran empero decir los Setenta por este lugar: «Entrega todas estas cosas a las gentes», es perspicuo para el que lee, porque no pusieron las palabras de la Escritura, sino su propio sentido, por cuanto todos los misterios de la Ley y del Templo han de ser trasladados a las Iglesias de las naciones. Después de la pasión del Señor, pues, cuando lo hubiere librado de la sed y del calor y del torbellino, hará el Señor no ya para el pueblo de los judíos, sino para todas las naciones en el monte Sion un convite pingüe, holocaustos medulados, y vino de vendimia purificada, para que precipite y haga ser absorbida la faz de la muerte y del vínculo con que todos los pueblos estaban atados; y romperá la red de la muerte, y la tela que había atrapado a todas las naciones.

Et juxta Apostolum, absorbebitur mors in perpetuum (I Cor. XV). Et auferet Dominus lacrymam ab omni facie, quando morte superata, Christi advenerit regnum: et opprobrium generis humani, quod ad imaginem conditum fuerat Creatoris, diaboli et mortis effugerit servitutem. Nec mirum si juxta Symmachum domina appelletur mors, cum beatus Apostolus dixerit: Regnavit mors ab Adam usque ad Moysem, etiam super eos qui non peccaverunt, in similitudinem praevaricationis Adam (Rom. V, 14). Dominatorem omnium populorum, sive faciem tenebrarum super omnes populos, et telam quae ordita sit super omnes gentes, quidam Antichristum intelligi volunt, qui in monte Oliveti consumendus sit, quod et in Danielis ultima diximus visione. Juxta LXX omnibus gentibus in monte Sion convivium laetitiae praeparatur, in quo bibent vinum, quod se Dominus cum sanctis suis in regno Patris sui bibiturum esse promisit (Matt. XX et Luc. XXII): et ungentur unguento, ut renati in Christo efficiantur populus novus; unde dicitur: Trade omnia haec gentibus, quae quondam Israel in typo et imagine celebrabat. Hoc enim consilium Domini est, ut cuncta transferantur ad gentes, quia mors absorpta est (I Cor. XV) et lacryma omnis abstersa, et opprobrium universae terrae, Christi imperio succedente, deletum est.

(Vers. 9 seqq.) Et dicent in die illa: Ecce Deus noster iste, exspectavimus eum, et salvabit nos: iste Dominus, sustinuimus eum, exsultabimus et laetabimur in salutari ejus. Quia requiescet manus Domini in monte isto; et triturabitur Moab sub eo sicut teruntur paleae in plaustro. Et extendet manus suas sub eo, sicut extendit natans ad natandum, et humiliabitur gloria ejus cum allisione manuum ejus. Et munimenta sublimium murorum tuorum concident, et humiliabuntur et detrahentur in terram usque ad pulverem.

Absorpta morte in perpetuum, populus Dei qui de manu mortis fuerit liberatus, dicet ad Dominum: Ecce Deus noster iste, quem increduli hominem tantum putabant; et exspectavimus eum, hoc est, verbis ejus credidimus, quia sua promissa complebit, et salvabit nos. Propterea ejulo auxilio de faucibus mortis erepti, exsultabimus et laetabimur in eo: et manus atque ejus potentia requiescet in monte isto. De quo supra legimus: Cum regnaverit Dominus exercituum in monte Sion, et in Jerusalem, et in conspectu senum suorum fuerit glorificatus (Isai. XXIV, 23).

Y según el Apóstol, será absorbida la muerte para siempre (1 Cor. 15). Y quitará el Señor la lágrima de toda faz, cuando, superada la muerte, viniere el reino de Cristo: y el oprobio del género humano, que a imagen del Creador había sido fundado, escape de la servidumbre del diablo y de la muerte. Ni es de maravillar si según Símaco se llame «dueña» [dominadora] a la muerte, habiendo dicho el bendito Apóstol: «Reinó la muerte desde Adán hasta Moisés, incluso sobre los que no pecaron, a semejanza de la prevaricación de Adán» (Rom. 5, 14). Al dominador de todos los pueblos, o la faz de las tinieblas sobre todos los pueblos, y la tela que ha sido urdida sobre todas las gentes, algunos quieren que se entienda el Anticristo, el cual ha de ser consumido en el monte de los Olivos, lo que también dijimos en la última visión de Daniel. Según los LXX, para todas las gentes en el monte Sion se prepara un convite de alegría, en el cual beberán vino, el cual prometió el Señor que bebería con sus santos en el reino de su Padre (Mat. XX y Luc. XXII): y se ungirán con ungüento, para que, renacidos en Cristo, se conviertan en pueblo nuevo; de donde se dice: «Entrega todas estas cosas a las gentes», las cuales antaño Israel celebraba en tipo e imagen. Pues este es el consejo del Señor, que todas las cosas se trasladen a las naciones, porque la muerte ha sido absorbida (1 Cor. 15) y toda lágrima enjugada, y el oprobio de toda la tierra, sucediendo el imperio de Cristo, ha sido borrado.

(Vers. 9 y ss.) «Y dirán en aquel día: He aquí que este es nuestro Dios, lo esperamos, y nos salvará: este es el Señor, lo sostuvimos [lo aguardamos], exultaremos y nos alegraremos en su salvación. Porque descansará la mano del Señor en este monte; y Moab será triturado bajo él como se trituran las pajas en el carro. Y extenderá sus manos bajo él, como extiende el que nada para nadar, y será humillada su gloria con el choque de sus manos. Y las fortificaciones de tus altos muros caerán, y serán humilladas y arrastradas a la tierra hasta el polvo».

Absorbida la muerte para siempre, el pueblo de Dios que hubiere sido librado de la mano de la muerte, dirá al Señor: «He aquí que este es nuestro Dios», a quien los incrédulos pensaban solo hombre; y «lo esperamos», esto es, creímos en sus palabras, porque cumplirá sus promesas y nos salvará. Por tanto, arrebatados de las fauces de la muerte por su auxilio, exultaremos y nos alegraremos en él: y la mano y su potencia descansará en este monte. Sobre el cual leímos arriba: «Cuando hubiere reinado el Señor de los ejércitos en el monte Sion y en Jerusalén, y en presencia de sus ancianos hubiere sido glorificado» (Isa. 24, 23).

Moab autem, quod interpretatur de patre, ita conteretur, ut solent plaustro paleae conteri. Hoc juxta ritum loquitur Palaestinae et multarum Orientis provinciarum, quae ob pratorum et feni penuriam, paleas praeparant esui animantium. Sunt autem carpenta ferrata, rotis per medium in serrarum modum se volventibus, quae stipulam conterunt, et comminuunt in paleas. Quomodo igitur plaustris ferratis paleae conteruntur, sic conteretur Moab sub eo, sive sub Dei potentia, sive in semetipso, ut nihil in eo integri remaneat. Et sicut solet qui natat totum corpus extendere: ita ille de sua potentia allidetur in terram, et ruens sonitum faciet. Omnia quoque munimenta sublimium virorum illius, sive murorum, ut in Hebraico continetur, concident et humiliabuntur, et detrahentur in terram usque ad pulverem comminuta.

Igitur sermo propheticus licet de consummatione mundi generaliter texat vaticinium, tamen ne praesentia omnino videatur negligere, nominat Moab, qui fuit inimicus Israel, in tantum ut faceret eos fornicari cum Madianitis, et consecrari idolo Beelphegor, qui interpretatur Priapus, contra quem Jeremias loquitur: Egredietur Chamos in captivitatem, sacerdotes illius et principes ejus simul (Jerem. XLVIII, 7); Et iterum: Confundetur Moab in Chamos, sicut confusa est domus Israel in Bethel (Ibid., 13), et reliqua his similia: atque ex uno idolo et daemone, qui huic idolo praesidebat, omnes indicat contrarias fortitudines humiliandas et deducendas in tartarum, et instar pulveris conterendas. Si autem hoc ita erit, ubi est diaboli poenitentia?

(Cap. XXVI.---Vers. 1.) In die illa cantabitur canticum istud in terra Juda: Urbs fortitudinis nostrae, Salvator ponetur in ea murus et antemurale. LXX: In die illa cantabunt canticum istud super terram Judaeam: Ecce civitas fortis, et salutare nostrum ponet murum et circummurale.

Cum humiliatus fuerit Moab, et detractus ad terram usque ad pulverem, et omnes inimici substrati Christi pedibus, tunc cantabitur canticum istud in terra Juda sive Judaea, quod interpretatur utrumque confessio: ut quomodo Sion et Jerusalem urbem coelestem intelleximus, ita et regionem hujus urbis confessionem coelestem intelligamus. Denique sancti in terra aliena carmen Judaeae cantare nolentes, dicunt: Quomodo cantabimus canticum Domino in terra aliena (Ps. CXXXVI, 4)? Ego puto hoc esse canticum, de quo et in alio loco sanctis praecipitur: Cantate Domino canticum novum (Ps. XCV, 1).

Moab, empero, que se interpreta «del padre», será de tal modo quebrantado, como suelen quebrantarse las pajas por el carro. Esto lo dice según el rito de Palestina y de muchas provincias de Oriente, las cuales por la penuria de prados y de heno, preparan pajas para el alimento de los animales. Hay empero carros herrados, con ruedas que se vuelven por el medio a modo de sierras, las cuales trituran el rastrojo y lo desmenuzan en pajas. De qué modo, pues, por los carros herrados se trituran las pajas, así será triturado Moab bajo él, ya sea bajo la potencia de Dios, ya sea en sí mismo, de modo que nada íntegro quede en él. Y como suele el que nada extender todo el cuerpo: así él por su propia potencia será chocado contra la tierra, y cayendo hará estruendo. También todas las fortificaciones de sus hombres excelsos —o de sus muros, como se contiene en el hebreo— caerán y serán humilladas, y serán arrastradas a la tierra desmenuzadas hasta el polvo.

Por tanto, el discurso profético, aunque teja un vaticinio sobre la consumación del mundo en general, sin embargo, para que no parezca descuidar del todo las cosas presentes, nombra a Moab, que fue enemigo de Israel, hasta el punto de hacerlos fornicar con las madianitas, y ser consagrados al ídolo Beelfegor, que se interpreta Priapo, contra el cual habla Jeremías: «Saldrá Camós al cautiverio, sus sacerdotes y sus príncipes juntamente» (Jer. 48, 7); y de nuevo: «Se confundirá Moab en Camós, como se confundió la casa de Israel en Betel» (Ibíd. 13), y lo demás semejante a esto: y a partir de un solo ídolo y demonio, que presidía a este ídolo, indica que todas las fortalezas contrarias han de ser humilladas y conducidas al tártaro, y trituradas a semejanza del polvo. Si empero esto será así, ¿dónde está la penitencia del diablo?

(Cap. XXVI. --- Vers. 1.) «En aquel día se cantará este cántico en la tierra de Judá: Nuestra ciudad de fortaleza, el Salvador será puesto en ella por muro y antemuro». LXX: «En aquel día cantarán este cántico sobre la tierra de Judea: He aquí una ciudad fuerte, y nuestra salvación pondrá un muro y un contramuro».

Cuando Moab haya sido humillado y abatido hasta la tierra, hasta el polvo, y todos los enemigos hayan sido sometidos bajo los pies de Cristo, entonces se cantará este cántico en la tierra de Judá o Judea, que en ambos casos se interpreta como «confesión»: para que, así como entendimos a Sión y Jerusalén como la ciudad celestial, así también entendamos la región de esta ciudad como la confesión celestial. Finalmente, los santos en tierra extraña, no queriendo cantar el cántico de Judea, dicen: «¿Cómo cantaremos el cántico del Señor en tierra extraña?» (Sal. 136, 4). Pienso que este es el cántico del cual en otro lugar se manda a los santos: «Cantad al Señor un cántico nuevo» (Sal. 95, 1).

Erit autem canticum hoc quod sequitur: Urbs fortitudinis nostrae Salvator (Matth. V). Quae est ista urbs? Quae in monte sita latere non potest. De qua et in alio loco scriptum est: Fluminis impetus laetificat civitatem Dei (Psal. XLV, 4); et rursum: Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei (Psal. LXXXVI, 2). Hujus urbis ille conditor est, de quo loquitur pater: iste aedificavit civitatem meam: immo urbs fortitudinis nostrae Salvator est, id est, Jesus. Et ponetur in ea murus et antemurale. Murus bonorum operum, et antemurale rectae fidei, ut duplici septa sit munimento. Non enim sufficit murum habere fidei, nisi ipsa fides bonis operibus confirmetur. Hic murus et hoc antemurale sive circummurale, de vivis lapidibus exstruitur, qui juxta prophetam volvuntur super terram. Pro eo quod nos vertimus, antemurale, Symmachus firmamentum interpretatus est: ut ipsi muri munitionibus cincti sint, et vallo fossaque et aliis muris, quos in aedificatione castrorum solent loriculas dicere.

(Vers. 2-4.) Aperite portas, et ingrediatur gens justa, custodiens veritatem. Vetus error abiit, servabis pacem: pacem, quia in te speravimus. Sperastis in Domino in saeculis aeternis. LXX: Aperite portas, ingrediatur populus custodiens justitiam, et custodiens veritatem, apprehendens veritatem, et custodiens pacem: pacem, quoniam in te speraverunt, Domine, usque in sempiternum.

Omne hoc canticum quod in terra confessionis et laudis sancti cantaturi sunt, mutat repente personas, et quasi per interrogationem et responsionem texitur. Dixerat populus Dei: urbs fortitudinis nostrae Salvator, ponetur in ea murus et antemurale. Respondit Dominus, immo praecepit non eis qui hoc dixerant, sed Angelis qui portis urbis Dominicae praesidebant, ut aperiant portas, et ingrediatur per eas gens justa, custodiens veritatem, sive ut in Hebraico dicitur EMMUNIM [Al. EMMONIM] (), quod nostra lingua vertitur, fides, plurali numero, non singulari. Quae sunt portae, quae aperiuntur ab Angelis; ut ingrediatur non populus Judaeorum, qui abjectus est, sed gens justa, quae ex fide fidelium nomen accepit? Utique illae de quibus sanctus loquitur: Aperite mihi portas justitiae, ingressus in eas confitebor Domino (Ps. CXVII, 19). Has autem portas nullus poterit ingredi, nisi qui de portis mortis fuerit liberatus; et cum Psalmista dixerit: Qui exaltas me de portis mortis, ut annuntiem omnes laudationes tuas in portis filiae Sion (Ps. IX, 15).

Y este cántico será el que sigue: «El Salvador es nuestra ciudad de fortaleza» (Mt. 5). ¿Cuál es esta ciudad? Aquella que, situada sobre un monte, no puede ocultarse. De la cual también en otro lugar está escrito: «El ímpetu del río alegra la ciudad de Dios» (Sal. 45, 4); y de nuevo: «Cosas gloriosas se han dicho de ti, ciudad de Dios» (Sal. 86, 2). De esta ciudad es fundador aquel de quien habla el Padre: «este edificó mi ciudad»; más bien, el Salvador es nuestra ciudad de fortaleza, esto es, Jesús. Y se pondrá en ella muro y antemuro. Muro de buenas obras y antemuro de recta fe, para que esté protegida por un doble cercado. Pues no basta tener el muro de la fe, si la fe misma no se confirma con las buenas obras. Este muro y este antemuro o contramuro se construye con piedras vivas, que según el profeta ruedan sobre la tierra. En lugar de lo que nosotros vertimos como «antemuro», Símaco interpretó «firmamento»: para que los mismos muros estén rodeados de fortificaciones, y de vallado y foso y otros muros, que en la edificación de campamentos suelen llamar «corazas» (loriculas).

(Vers. 2-4.) «Abrid las puertas, e ingrese la gente justa, que guarda la verdad. El error antiguo pasó, guardarás la paz: la paz, porque en ti hemos esperado. Esperasteis en el Señor por los siglos eternos». LXX: «Abrid las puertas, ingrese el pueblo que guarda la justicia, y que guarda la verdad, aprehendiendo la verdad, y guardando la paz: la paz, porque en ti han esperado, Señor, hasta la eternidad».

Todo este cántico que los santos han de cantar en la tierra de la confesión y de la alabanza, cambia de repente las personas, y se teje como por interrogación y respuesta. Había dicho el pueblo de Dios: «nuestra ciudad de fortaleza es el Salvador, se pondrá en ella muro y antemuro». Respondió el Señor, o más bien mandó, no a los que habían dicho esto, sino a los Ángeles que presidían las puertas de la ciudad dominica, que abran las puertas, e ingrese por ellas la gente justa, que guarda la verdad, o como se dice en hebreo EMMUNIM, que en nuestra lengua se vierte «fe», en número plural, no singular. ¿Cuáles son las puertas que son abiertas por los Ángeles, para que ingrese no el pueblo de los judíos, que fue desechado, sino la gente justa, que recibió su nombre de la fe de los creyentes? Ciertamente aquellas de las que habla el santo: «Abridme las puertas de la justicia, entrando en ellas confesaré al Señor» (Sal. 117, 19). Pero nadie podrá entrar por estas puertas, sino aquel que haya sido liberado de las puertas de la muerte; y cuando el Salmista dijo: «Tú que me exaltas de las puertas de la muerte, para que anuncie todas tus alabanzas en las puertas de la hija de Sión» (Sal. 9, 15).

Cum enim de portis mortis fuerimus erepti, tunc in portis filiae Sion omnes laudationes Domini cantare poterimus. Et quomodo portas mortis reor esse peccata, de quibus ad Petrum dicitur: Portae inferni non praevalebunt adversum te (Matth. XVI, 18): sic portas justitiae, omnia opera virtutum, quas qui fuerit ingressus, unam inveniet portam, de qua dicitur: Haec porta Domini, justi intrabunt in eam (Ps. CXVII, 19). Et quomodo per plures margaritas ad unum pergitur margaritum: sic per multas vias et portas pervenimus ad eum qui dicit esse se viam et portam, per quam ingredimur ad Patrem.

Post sermonem Dei, respondit populus Hebraice JESER SAMUCH (), quod Aquila et Symmachus similiter transtulerunt, πλᾶσμα [?]πηρεισμ[?]νον, hoc est, error noster ablatus est, sive cogitatio nostra firmata est, quae prius inter te et idola fluctuabat, ut nequaquam circumferamur omni vento doctrinae, sed in te Dominum Salvatorem tota mente credamus. Pro quo nos ut sensus manifestior fieret, transtulimus, vetus error abiit. Et quia cogitatio nostra firmata est, propterea servabis nobis pacem, quam Apostolis pollicitus es, dicens: Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis (Joan. XIV, 27); et non solum semel, sed secundo, ut secura sit retributio quae duplici sermone promittitur, juxta quod et Apostolus loquebatur: Gaudete, iterum dico gaudete (Philipp. IV, 4). Hoc autem ille consequitur, de quo in Levitico dicitur: Homo, homo, filiorum Israel (Levit. XVII). Et in Numerorum libro: Vir, vir, cujus uxor cubile macularit (Num. V, 12): ut duplex homo et duplex vir, pacem duplicem consequantur. Meremur autem, inquiunt, pacem, quia in te tota mente confidimus.

Post populi verba et responsionem Domini, et rursum vocem populi Propheta loquitur ad credentes: Sperastis, vel sperate in Domino, in saeculis sempiternis, et caetera quae sequuntur. Juxta LXX, ille ingreditur portas Domini, qui custodit justitiam in bonis operibus, et servat sive amplectitur veritatem in fidei veritate, ut per bona opera et fidem perveniat ad pacem, quae omnem sensum exsuperat, et ipsam pacem mereatur accipere; quia credidit in Deum qui aeternis bonorum operum retributor est (Philipp. IV). Unde et in alio loco scribitur: Desiderasti sapientiam, serva mandata, et Dominus tribuet tibi eam (Eccl. I, 33).

(Vers. 5, 6.) In Domino Deo forti in perpetuum: quia incurvabit habitantes in excelso: civitatem sublimem humiliabit, humiliabit eam usque ad terram: detrahet eam usque ad pulverem. Conculcabit eam pes, pedes pauperis gressus egenorum. LXX: Deus magne aeterne, qui humiliasti, et detraxisti eos qui habitant in excelsis, civitates robustas destrues, et deduces usque ad pavimentum, et conculcabunt eas pedes mansuetorum et humilium.

Pues cuando hayamos sido arrebatados de las puertas de la muerte, entonces en las puertas de la hija de Sión podremos cantar todas las alabanzas del Señor. Y así como considero que las puertas de la muerte son los pecados, de los cuales se dice a Pedro: «Las puertas del infierno no prevalecerán contra ti» (Mt. 16, 18): así las puertas de la justicia son todas las obras de las virtudes, por las cuales quien haya entrado, encontrará una sola puerta, de la que se dice: «Esta es la puerta del Señor, los justos entrarán por ella» (Sal. 117, 19). Y así como por varias margaritas se llega a una sola margarita: así por muchos caminos y puertas llegamos a aquel que dice ser él mismo el camino y la puerta, por la cual entramos al Padre.

Después del discurso de Dios, respondió el pueblo en hebreo JESER SAMUCH, que Aquila y Símaco tradujeron de modo semejante, plasma epereismenon, esto es, «nuestro error ha sido quitado», o bien «nuestro pensamiento ha sido confirmado», el cual antes fluctuaba entre ti y los ídolos, para que de ningún modo seamos llevados por todo viento de doctrina, sino que creamos con toda la mente en ti, el Señor Salvador. Por lo cual nosotros, para que el sentido se hiciera más manifiesto, tradujimos: «el error antiguo pasó». Y porque nuestro pensamiento ha sido confirmado, por eso nos guardarás la paz que prometiste a los Apóstoles, diciendo: «Mi paz os doy, mi paz os dejo» (Jn. 14, 27); y no solo una vez, sino por segunda vez, para que sea segura la retribución que se promete con doble palabra, según aquello que también decía el Apóstol: «Alegraos, de nuevo digo alegraos» (Flp. 4, 4). Esto empero lo consigue aquel de quien se dice en el Levítico: «Hombre, hombre, de los hijos de Israel» (Lev. 17). Y en el libro de los Números: «Varón, varón, cuya mujer haya manchado el lecho» (Núm. 5, 12): para que el hombre doble y el varón doble, consigan la paz doble. Merecemos empero la paz, dicen, porque en ti confiamos con toda la mente.

Después de las palabras del pueblo y de la respuesta del Señor, y de nuevo la voz del pueblo, el Profeta habla a los creyentes: «Esperasteis», o bien «esperad en el Señor, en los siglos eternos», y lo demás que sigue. Según los LXX, aquel entra por las puertas del Señor que guarda la justicia en las buenas obras, y observa o abraza la verdad en la verdad de la fe, para que por las buenas obras y la fe llegue a la paz que sobrepuja todo sentido, y merezca recibir esa misma paz; porque creyó en Dios, que es el remunerador eterno de las buenas obras (Flp. 4). De donde también en otro lugar se escribe: «Deseaste la sabiduría, guarda los mandatos, y el Señor te la concederá» (Ecli. 1, 33).

(Vers. 5, 6.) «En el Señor Dios fuerte por siempre: porque encorvará a los que habitan en lo alto: humillará a la ciudad sublime, la humillará hasta la tierra: la abatirá hasta el polvo. La pisoteará el pie, los pies del pobre, los pasos de los necesitados». LXX: «Dios grande eterno, que humillaste, y abatiste a los que habitan en las alturas, destruirás las ciudades robustas, y las conducirás hasta el pavimento, y las pisotearán los pies de los mansos y de los humildes».

Et haec Propheta loquitur, qui ab eo respondit loco in quo supra dixerat: Sperate in Domino in saeculis aeternis; et jungit ei quod nunc proposuimus: In Domino Deo forti in perpetuum, et reliqua. Pro Domino Deo forti, in Hebraico tria habet nomina, IA () et ADONAI () et SUR (), quod aliud invisibilem, aliud ineffabilem, aliud robustum sonat, quorum primum in ALLELUIA () extrema syllaba ponitur. Et hoc diligens lector observet, quod interdum textum in propositione testimonii dividamus: quoniam alium LXX editio, et alium ex Hebraeo ad verbum expressa translatio efficit sensum. Dicit ergo Propheta: Sperate in Domino in saeculis aeternis: in Domino Deo forti in perpetuum, cujus auxilium sempiternum est. Ipse enim incurvabit habitantes in excelso, quia omnis qui se exaltat humiliabitur; qui patrem Abraham se habere jactabant, et in suggillationem Domini loquebantur: Nos de fornicatione nati non sumus (Joan. VIII, 41). Ipse civitatem sublimem humiliabit, ut Judaei putant, Romam [Al. Romanam]: ut nos rectius esse convincimus, Jerusalem, quae occidit Prophetas, et lapidavit eos qui ad se missi erant, et ad extremum patrisfamilias interfecit filium, ut haerede jugulato, periret haereditas (Luc. XIII). Nec vocatur civitas, quae [Al. qui] Hebraice dicitur IR (), sed CARIA () quam Aquila πολῖχνην interpretatus est, quam nos, vel civitatulam, vel viculum, vel oppidulum possumus dicere, et frequenter in Scripturis hoc nomine appellatur Jerusalem. Pulchreque duplicem humilitatem posuit: Humiliabit, humiliabit eam, primum sub Babyloniis, quando templum destructum est, secundo sub Tito et Vespasiano, cujus ruina usque in finem permanet. Conculcabit eam pes, repetitque et copulat pedes pauperis, haud dubium quin Christi. De quo et supra diximus: Factus est fortitudo pauperi; fortitudo egeno in tribulatione sua. Gressus egenorum, Apostolorum scilicet, qui imitantes Domini paupertatem, etiam virtutis ejus privilegium consecuti sunt; qui non recepti, excusserunt super eam pulverem pedum suorum. Et quia Salvatoris dicitur verbis, Omnis qui se exaltat, humiliabitur: et qui se humiliat, exaltabitur (Luc. XIV, 11), non solum hoc ad homines, sed ad contrarias quoque fortitudines referre possumus. Juxta LXX, laudes Deo Propheta decantat, quod omnes superbos humiliet, et universarum urbium munimenta usque ad solum diruat, et sanctorum ea mitiumque et humilium calcent pedes.

(Vers. 7-9.) Semita justi recta est, rectus callis justi ad ambulandum: et in semita judiciorum tuorum, Domine, sustinuimus te, nomen tuum et memoriale tuum in desiderio animae: anima mea desideravit te in nocte. LXX: Via justorum recta, recta facta est via justorum, et praeparata. Via enim Domini judicium, speravimus in nomine tuo: et in memoria quam desiderat anima nostra.

Y estas cosas dice el Profeta, que respondió desde aquel lugar en que arriba había dicho: «Esperad en el Señor por los siglos eternos»; y le une lo que ahora hemos propuesto: «En el Señor Dios fuerte por siempre», y lo demás. En lugar de «Señor Dios fuerte», en hebreo tiene tres nombres, IA, ADONAI y SUR, de los cuales uno suena como «invisible», otro «inefable», otro «robusto», el primero de los cuales se pone en la última sílaba de ALELUYA. Y esto observe el diligente lector, que a veces dividimos el texto en la propuesta del testimonio: porque una versión de los LXX produce un sentido, y otra la traducción expresada palabra por palabra del hebreo. Dice pues el Profeta: «Esperad en el Señor por los siglos eternos: en el Señor Dios fuerte por siempre», cuyo auxilio es sempiterno. Él mismo en efecto encorvará a los que habitan en lo alto, porque todo el que se ensalza será humillado; los que se jactaban de tener por padre a Abraham, y hablaban para escarnio del Señor: «Nosotros no hemos nacido de fornicación» (Jn. 8, 41). Él mismo humillará a la ciudad sublime, como piensan los judíos, a Roma: como nosotros con más rectitud demostramos, a Jerusalén, que mató a los Profetas, y apedreó a los que le habían sido enviados, y al final mató al hijo del padre de familia, para que degollado el heredero, pereciera la herencia (Lc. 13). Ni se llama ciudad, que en hebreo se dice IR, sino CARIA, que Aquila interpretó polichnen, la cual nosotros podemos llamar o «ciudadela», o «aldea», o «pueblecito», y frecuentemente en las Escrituras se llama con este nombre a Jerusalén. Y bellamente puso una doble humildad: «Humillará, humillará a ella», primero bajo los babilonios, cuando el templo fue destruido, segundo bajo Tito y Vespasiano, cuya ruina permanece hasta el fin. «La pisoteará el pie», y repite y acopla «los pies del pobre», sin duda de Cristo. Del cual también arriba dijimos: «Se hizo fortaleza para el pobre; fortaleza para el necesitado en su tribulación». «Los pasos de los necesitados», de los Apóstoles a saber, que imitando la pobreza del Señor, consiguieron también el privilegio de su virtud; quienes, no siendo recibidos, sacudieron sobre ella el polvo de sus pies. Y porque se dice con palabras del Salvador: «Todo el que se ensalza, será humillado: y el que se humilla, será ensalzado» (Lc. 14, 11), podemos referir esto no solo a los hombres, sino también a las potestades contrarias. Según los LXX, el Profeta canta alabanzas a Dios, porque humilla a todos los soberbios, y derriba los baluartes de todas las ciudades hasta el suelo, y los pies de los santos y de los mansos y humildes los pisotean.

(Vers. 7-9.) «La senda del justo es recta, recto el camino del justo para caminar: y en la senda de tus juicios, Señor, te hemos sustentado, tu nombre y tu memorial en el deseo del alma: mi alma te ha deseado en la noche». LXX: «El camino de los justos es recto, recto se ha hecho el camino de los justos, y preparado. Pues el camino del Señor es juicio, esperamos en tu nombre: y en la memoria que desea nuestra alma».

Adhuc Propheta de Christo loquitur, de quo supra dixerat: Conculcabit eam pes, pedes pauperis. Hujus ergo justi semita recta est, sive, ut verbum novum fingam, rectitudines, quas Graeci vocant Ðυθύτητας, et nos aequitates Latinius possumus appellare, dicunturque Hebraice MESSARIM (). In una igitur Christi semita omnes justitiae reperiuntur, et propterea eam suo calcavit et trivit pede, ut quicumque per eam voluerit ambulare, cursu ambulet inoffenso. In hac semita judiciorum Domini, sustinuerunt eum sancti, et speraverunt in eo, quia spes non confundit. Et nomen illius et memoriale habuerunt in desiderio animae, dicentes: Concupivit anima mea desiderare judicia tua in omni tempore (Ps. CXVIII, 20); et iterum: Desiderat anima mea, et defecit in salutari tuo (Ibid. 81). Qui autem nomen Domini habet in desiderio, aliud non desiderat. Et hoc notandum, quod desiderium Domini non in carne sit, sed in anima, juxta illud quod in alio psalmo legimus: Sitivit anima mea ad Deum, fortem, vivum (Ps. LI, 2). Caro enim concupiscit adversus spiritum, et spiritus adversus carnem (Galat. V). Haec enim sibi invicem adversantur, ne quae volumus, illa faciamus. Quodque sequitur: In nocte, juxta LXX, sequenti capitulo jungitur, juxta Hebraicum priori. Ille autem potest dicere: Anima mea desideravit te in nocte, qui cum Psalmista loquitur confidenter: Lavabo per singulas noctes lectum meum, in lacrymis stratum meum rigabo (Ps. VI, 7). Potest nox et tenebrae, pro tribulatione et angustiis accipi. Unde et in alio psalmo super justi securitate Propheta decantat: Per diem sol non uret te, neque luna per noctem (Ps. CXX, 6), id est, nec in prosperis, nec in adversis unquam de tuo moveberis gradu.

Sed et spiritu meo in praecordiis meis, de mane vigilabo ad te. LXX: De nocte consurgit spiritus meus ad te, Deus: quia lux judicia tua super terram. Volumus et Hebraicum sequi, et Vulgatam editionem non penitus praeterire, et hac rerum necessitate compellimur diverso ordine, atque sermone diversas intelligentias quaerere. Igitur quod dicitur, de nocte, juxta LXX, hujus capituli, ut diximus, principium est: juxta Hebraicum, finis superioris; licet possit etiam juxta LXX in fine accipi superioris testimonii, ut sit sensus: Desiderat anima mea ad te nocte; et postea incipiat, mane consurgit spiritus meus ad te, Deus. Ideo autem mane consurgit, quia lux praecepta tua super terram. Servans enim mandata tua, et illuminatus eorum lumine, de quibus dicitur: Praeceptum Domini lucidum, illuminans oculos (Ps. XVIII, 9), dormire nequeo, sed omni tempore te desiderans, meo ad te consurgo spiritu.

Todavía habla el Profeta de Cristo, del cual arriba había dicho: «Lo pisoteará el pie, los pies del pobre». Por tanto, la senda de este justo es recta, o bien, para acuñar una palabra nueva, «rectitudes» (rectitudines), que los griegos llaman euthytetas, y nosotros podemos llamar «equidades» (aequitates) más latinamente, y se dicen en hebreo MESSARIM. En la única senda de Cristo, por tanto, se encuentran todas las justicias, y por eso la pisó y trilló con su pie, para que cualquiera que quiera caminar por ella, camine con paso inofensivo. En esta senda de los juicios del Señor, los santos le sustentaron, y esperaron en él, porque la esperanza no confunde. Y tuvieron su nombre y memorial en el deseo del alma, diciendo: «Codició mi alma desear tus juicios en todo tiempo» (Sal. 118, 20); y de nuevo: «Desea mi alma, y desfalleció en tu salvación» (Ibíd. 81). El que empero tiene el nombre del Señor en el deseo, otra cosa no desea. Y esto hay que notar, que el deseo del Señor no está en la carne, sino en el alma, según aquello que leemos en otro salmo: «Mi alma tuvo sed de Dios, el fuerte, el vivo» (Sal. 51, 2). Pues la carne codicia contra el espíritu, y el espíritu contra la carne (Gál. 5). Estas cosas en efecto se oponen entre sí, para que no hagamos lo que queremos. Y lo que sigue: «En la noche», según los LXX, se une al capítulo siguiente, según el hebreo al anterior. Aquel empero puede decir: «Mi alma te deseó en la noche», que habla confiadamente con el Salmista: «Lavaré por cada noche mi lecho, con lágrimas regaré mi estrado» (Sal. 6, 7). Puede la noche y las tinieblas tomarse por la tribulación y las angustias. De donde también en otro salmo sobre la seguridad del justo canta el Profeta: «De día el sol no te quemará, ni la luna por la noche» (Sal. 120, 6), esto es, ni en las cosas prósperas ni en las adversas te moverás nunca de tu paso.

«Pero también con mi espíritu en mis entrañas, de mañana vigilaré para ti». LXX: «De noche se levanta mi espíritu hacia ti, Dios: porque tus juicios son luz sobre la tierra». Queremos tanto seguir el hebreo como no pasar por alto del todo la edición Vulgata, y por esta necesidad de las cosas nos vemos obligados a buscar diversas inteligencias en diverso orden y discurso. Por tanto lo que se dice, «de noche», según los LXX, es el principio de este capítulo, como dijimos: según el hebreo, el fin del superior; aunque pueda también según los LXX tomarse al fin del testimonio superior, para que sea el sentido: Desea mi alma hacia ti de noche; y después comience, de mañana se levanta mi espíritu hacia ti, Dios. Por eso empero se levanta de mañana, porque tus preceptos son luz sobre la tierra. Pues guardando tus mandatos, e iluminado por el lumbre de ellos, de los cuales se dice: «El precepto del Señor es lúcido, iluminando los ojos» (Sal. 18, 9), no puedo dormir, sino que deseándote en todo tiempo, con mi espíritu me levanto hacia ti.

Et hoc observandum, quod in nocte adhuc positi, animo desideremus Dominum. Postquam autem spiritus noster in praecordiis nostris tota se ad Deum mente commoverit, mane vigilemus ad eum, atque ut manifestius dicam, animae, nox et desiderium, spiritui autem mane jungitur et vigiliae. Porro spiritu in praecordiis suis evigilat ad Deum, qui potest dicere: De profundis clamavi ad te, Domine (Ps. CXXIX, 1).

(Vers. 10.) Cum feceris judicia tua in terra, justitiam discent habitatores orbis. Misereamur impio, et non discet justitiam, in terra sanctorum inique egit, et non videbit gloriam Domini. LXX. Justitiam discite, qui habitatis super terram. Cessavit enim impius, et non discet justitiam super terram, veritatem non faciet, auferatur impius, ut non videat gloriam Domini.

Dicamus primum juxta Hebraicum, et si sensum Prophetae voluerimus exprimere, tunc ad LXX Interpretes transeamus. Quamdiu non exerces judicia tua super terram, et nec bonis bona, nec malis retribuis mala, justitia tua, o Domine Deus, ignoratur in terra. Cum autem in judicii die pro qualitate operum unicuique reddideris quod meretur, tunc justitia tua cognoscetur in orbe terrarum, quae prius apud incredulos videbatur injusta, ita ut unus sanctorum quoque diceret: Mei autem pene moli sunt pedes, pene effusi sunt gressus mei: quoniam zelatus sum super iniquis, pacem peccatorum videns (Ps. LXXII, 2). Ad quod respondit Dominus: Misereamur impio; quod exceptis Septuaginta, omnes similiter transtulerunt. Et est sensus: magis impius misericordiam consequatur, et discat clementiam meam; dum etiam ipse salvatur. Rursumque loquenti Domino, ex persona humanae impatientiae Propheta respondit: Et non discet justitiam. Estque sensus: et quomodo poterit tuam nosse justitiam, si tantum clementiam fuerit expertus? Redditque causas, quare eum velit Dei justitiam discere: quia in terra sanctorum inique gessit, et contra sanctos tuos jugiter dimicavit, debet sentire tormenta. Rursumque Dominus sententiam temperans, Et non videat, inquit, sive non videbit gloriam Domini. Estque sensus: sufficit ei pro universa poena, quod me cum sanctis meis non videbit in mea majestate regnantem. Quidam impium, hoc est, RESA (), diabolum intelligi volunt, de quo in nono psalmo scribitur: Increpasti gentes, et periit impius: nomen eorum delesti in aeternum et in saeculum saeculi. Inimici defecerunt frameae in finem, et civitates eorum destruxisti (Psal. IX, 6). Nos autem generaliter impium vel pro peccatore, vel pro eo qui Dei cultum non habet, accipiamus.

Y esto hay que observar, que situados todavía en la noche, deseamos al Señor con el ánimo. Después empero que nuestro espíritu en nuestras entrañas se haya movido con toda la mente hacia Dios, de mañana vigilemos hacia él, y para que lo diga más manifiestamente, a la alma se le une la noche y el deseo, pero al espíritu la mañana y la vigilia. Por lo demás, en sus entrañas vigila hacia Dios aquel espíritu que puede decir: «De lo profundo clamé a ti, Señor» (Sal. 129, 1).

(Vers. 10.) «Cuando hayas hecho tus juicios en la tierra, la justicia aprenderán los habitantes del orbe. Tengamos piedad del impío, y no aprenderá la justicia, en la tierra de los santos obró inicuamente, y no verá la gloria del Señor». LXX: «Aprended la justicia, los que habitáis sobre la tierra. Pues cesó el impío, y no aprenderá la justicia sobre la tierra, la verdad no hará, sea quitado el impío, para que no vea la gloria del Señor».

Digamos primero según el hebreo, y si quisiéramos expresar el sentido del Profeta, entonces pasemos a los Setenta Intérpretes. Mientras no ejerces tus juicios sobre la tierra, y ni a los buenos retribuyes bienes, ni a los malos males, tu justicia, oh Señor Dios, es ignorada en la tierra. Mas cuando en el día del juicio hayas devuelto a cada uno lo que merece según la calidad de las obras, entonces tu justicia será conocida en el orbe de la tierra, la cual antes entre los incrédulos parecía injusta, de modo que uno de los santos también decía: «Casi empero se movieron mis pies, casi se derramaron mis pasos: porque tuve celo sobre los inicuos, viendo la paz de los pecadores» (Sal. 72, 2). A lo cual respondió el Señor: «Tengamos piedad del impío»; lo cual, exceptuados los Setenta, todos tradujeron de modo semejante. Y es el sentido: que más bien el impío consiga misericordia, y aprenda mi clemencia; mientras también él mismo es salvado. De nuevo, al Señor que habla, desde la persona de la impaciencia humana respondió el Profeta: «Y no aprenderá la justicia». ¿y cómo podrá conocer tu justicia, si solo habrá experimentado la clemencia? Y devuelve las causas de por qué quiere que él aprenda la justicia de Dios: porque en la tierra de los santos obró inicuamente, y contra tus santos luchó de continuo, debe sentir los tormentos. Y de nuevo el Señor moderando la sentencia, «Y no vea», dice, o bien «no verá la gloria del Señor». Y es el sentido: le basta por toda pena, que no me verá con mis santos reinando en mi majestad. Algunos quieren que por el impío, esto es, RESA, se entienda al diablo, del cual en el noveno salmo se escribe: «Increpaste a las gentes, y pereció el impío: borraste el nombre de ellos para siempre y por el siglo del siglo. Las espadas del enemigo faltaron hasta el fin, y sus ciudades destruiste» (Sal. 9, 6). Nosotros empero generalmente tomemos al impío o por el pecador, o por aquel que no tiene el culto de Dios.

Juxta Septuaginta jubentur habitatores terrae justitiam discere. Omnis enim vir videtur sibi justus; Deus autem corda omnium novit, qui reddet unicuique secundum opera sua (Prov. XXI). Et in alio loco ejusdem voluminis dicitur: Sunt viae viri, quae videntur rectae; novissima autem earum respiciunt in profundum inferni (Prov. XIV, 12). Wnde debemus justitiam discere, nec confidere in proprio judicio. Est enim justus qui pereat in justitia sua (Eccles. VII); non quo justus sit, sed quo sibi justus esse videatur. Sin autem Christus factus est nobis a Deo sapientia, et justitia, sanctificatio et redemptio (I Cor. I), quibus praecipitur ut cognoscant justitiam, hoc jubetur ut Christum discant atque cognoscant. Propterea autem praecipio, ait, vobis ut discatis justitiam, quia ablatus est impius; et regnum illius detructum est, qui quamdiu regnabat in terra, justitiam scire non poterat, nec facere veritatem. De qua alibi scribitur, quod gratia et veritas per Jesum Christum facta sit (Joan. XVII). Et quia in terra veritatem non facit impius, auferetur: non enim meretur Dominum videre regnantem.

(Vers. 11). Domine, exaltetur manus tua, et non videant: videant, et confundatur zelus populi, et ignis hostes tuos devoret. LXX: Domine, excelsum est brachium tuum, et nesciebant, scientes autem confundentur: zelus apprehendet populum ineruditum, et nunc ignis adversarios comedet.

Hoc quod supra dixerat: et non videbit gloriam Domini, potest sic intelligi: Postulas, o Propheta, ut non miserear impio, ne si misertus ejus fuero, incipiat nescire justitiam, qui in terra sanctorum inique gessit; ego tibi respondeo, ergone gloriam Domini non videbit? ergo non [Al. ergone] cernet triumphos meos, qui magis me debet videre regnantem, ut sciat quanto bono careat? et hoc pressius voce interrogantis legendum est. Ad quod Propheta respondit: Domine, exaltetur manus tua, et extendatur ad percutiendum, ut te non videant impii, et tuae gloriae, ne ad poenitendum quidem, lumine perfruantur. Cui respondit Dominus: Videant magis et confundantur, vel zelus populi, vel zelantes populi, et ignis adversarios tuos, id est, sanctorum populi, devoret atque consumat. Ignis autem poenitentiae, qui eorum corda excruciet, quod talem Dominum perdiderunt. Potest hoc et super Judaeis intelligi, qui Christum brachium Domini nescierunt, cumque viderint eum atque cognoverint, quem patibulo affixerant, confundentur. Tunc ineruditus populus et nesciens legem Dei, zeli stimulis incitabitur, quando viderit nationes in suum successisse locum, et igne poenitudinis arserit, sive dolore supplicii, quando audierit illud quod scriptum est: Ite in ignem aeternum, qui praeparatus est diabolo, et angelis ejus (Matth. XXV, 41).

(Vers. 12.) Domine, dabis pacem nobis: omnia enim opera nostra operatus es nobis. LXX: Domine Deus noster, pacem da nobis: omnia enim reddidisti nobis.

Según los Setenta se manda a los habitantes de la tierra aprender la justicia. Pues todo varón le parece a sí mismo justo; Dios empero conoce los corazones de todos, el cual devolverá a cada uno según sus obras (Prov. 21). Y en otro lugar del mismo volumen se dice: «Hay caminos del varón que parecen rectos; lo último empero de ellos mira hacia lo profundo del infierno» (Prov. 14, 12). De donde debemos aprender la justicia, ni confiar en el propio juicio. Pues hay justo que perezca en su justicia (Ecl. 7); no porque sea justo, sino porque justo a sí mismo le parezca ser. Si empero Cristo ha sido hecho para nosotros por Dios sabiduría, y justicia, santificación y redención (1 Cor. 1), a quienes se manda que conozcan la justicia, se les manda esto: que aprendan y conozcan a Cristo. Por eso empero mando, dice, a vosotros que aprendáis la justicia, porque ha sido quitado el impío; y el reino de aquel ha sido destruido, el cual mientras reinaba en la tierra, la justicia saber no podía, ni hacer la verdad. De la cual en otra parte se escribe que la gracia y la verdad han sido hechas por Jesucristo (Jn. 17). Y porque en la tierra la verdad no hace el impío, será quitado: pues no merece ver al Señor reinando.

(Vers. 11). «Señor, ensalzada sea tu mano, y no vean: vean, y confúndase el celo del pueblo, e ignis devore a tus enemigos». LXX: «Señor, excelso es tu brazo, y no sabían, sabiendo empero se confundirán: el celo aprehenderá al pueblo inculto, y ahora el fuego comerá a los adversarios».

Esto que arriba había dicho: «y no verá la gloria del Señor», puede entenderse así: Pides, oh Profeta, que no tenga piedad del impío, no sea que si tuviera piedad de él, comience a no saber la justicia el que en la tierra de los santos obró inicuamente; yo te respondo, ¿no verá entonces la gloria del Señor? ¿no divisará entonces mis triunfos aquel que más bien debe verme reinando, para que sepa de cuánto bien carece? Y esto ha de leerse más apretadamente con voz de quien interroga. A lo cual respondió el Profeta: Señor, ensalzada sea tu mano, y extendida para herir, para que no te vean los impíos, y de tu gloria, ni siquiera para arrepentirse, disfruten de la lumbre. A lo cual respondió el Señor: Vean más bien y se confundan, o el celo del pueblo, o los celantes del pueblo, e ignis a tus adversarios, esto es, del pueblo de los santos, devore y consuma. El fuego empero de la penitencia, que excite sus corazones, por haber perdido a tal Señor. Puede esto también entenderse sobre los judíos, que no conocieron a Cristo brazo del Señor, y cuando lo vean y lo conozcan, a quien habían fijado al patíbulo, se confundirán. Entonces el pueblo inculto y desconocedor de la ley de Dios, por los estímulos del celo será incitado, cuando vea que las naciones han sucedido en su lugar, y arda con el fuego de la penitencia, o con el dolor del suplicio, cuando oiga aquello que está escrito: «Id al fuego eterno, que está preparado para el diablo y sus ángeles» (Mt. 25, 41).

(Vers. 12.) «Señor, nos darás la paz: todas las cosas en efecto obraste para nosotros». LXX: «Señor Dios nuestro, danos la paz: todas las cosas en efecto nos devolviste».

Notandum quod postquam nobis opera nostra reddiderit, pacem daturus sit, et quomodo exponat causas, cur postulet pacem. Pro cunctis enim operibus quae operati sunt super terram, dicunt se sustinuisse tormenta, et justum esse ut post supplicia atque cruciatus, misericordiam consequantur. Sive aliter: Quia venit mundi consummatio, et omnia quae per Prophetas locutus es, rebus expleta sunt, et reddidisti universa quae pollicitus es, tribue nobis pacem, quae exsuperat omnem sensum.

(Vers. 13.) Domine Deus noster, possederunt nos Domini absque te: tantum in te recordemur nominis tui. LXX: Dominus Deus noster, posside nos: Domine; extra te alium nescimus, nomen tuum invocamus.

Idcirco misericordiam quaesumus et pacem, quae post cuncta tribuenda est, quia nos absque te domini possederunt, idola videlicet, vel daemones idolis assidentes: nihilque aliud postulamus, nisi ut digni simus post errores plurimos, qui tui nominis recordemur. Juxta LXX, qui dixerunt: Domine Deus, posside nos, hoc precantur, ut post pacem sibi redditam Dei possessio fiant. Quod quidem et de Sapientia legimus, quae juxta Hebraicum loquitur in Proverbiis: Deus possedit me initium viarum suarum (Prov. VIII, 22), licet quaedam exemplaria male pro possessione habeant creaturam. Denique sequitur: Ante omnes autem colles generavit me. Quomodo enim creaturae generatio poterit coaptari, quae magis possessioni congruit? Scriptum est in Deuteronomio: Nonne iste pater tuus possedit te, et fecit te, et creavit te (Deut. XXXII, 6)? Et hoc considerandum, quod non dixerit, Dominus, sive Deus, possedit te, et fecit te, et creavit te; sed pater, ut clementia nominis austeritatem potentiae mitigaret. Quodque sequitur: Domine, absque te alium non novimus, non excludit Filium, sed jungit Patri, neque enim dixit «Alium non novimus,» sed «Extra te alium non novimus. Cum autem dicat Filius: Ego in Patre et Pater in me, extra Patrem non novimus Filium (Joan. XIV, 10), quia in Patre cognoscimus eum. Denique et nomen illius nominamus dicentes in Oratione Dominica: Pater noster qui es in coelis (Matth. VI, 9).

352 (Vers. 14). Morientes non vivant: gigantes non resurgant. Propterea visitasti et contrivisti eos, et perdidisti omnem memoriam eorum. LXX: Mortui enim vitam non videbunt: neque medici suscitabunt. Idcirco induxisti, et perdidisti, et tulisti omne masculum [Al. omnem masculinum] eorum. Symmachus more suo manifestius: Mortui non vivificabunt: gigantes non suscitabunt. Propterea visitasti, et contrivisti eos, et disperdidisti omnem memoriam eorum.

Hay que notar que después que nos devuelva nuestras obras, nos ha de dar la paz, y cómo expone las causas por las que pide la paz. Por todas las obras en efecto que obraron sobre la tierra, dicen haber sostenido tormentos, y ser justo que después de los suplicios y crueldades, consigan misericordia. O de otro modo: Porque vino la consumación del mundo, y todas las cosas que por los Profetas hablaste se han cumplido con los hechos, y devolviste todas las cosas que prometiste, concédenos la paz, que sobrepuja todo sentido.

(Vers. 13.) «Señor Dios nuestro, nos poseyeron señores sin ti: solo en ti nos acordemos de tu nombre». LXX: «Señor Dios nuestro, poséenos: Señor; fuera de ti a otro no conocemos, tu nombre invocamos».

Por eso buscamos misericordia y paz, que después de todas las cosas ha de ser otorgada, porque nos poseyeron señores sin ti, los ídolos a saber, o los demonios que asisten a los ídolos: y ninguna otra cosa pedimos, sino que seamos dignos, después de muchísimos errores, de acordarnos de tu nombre. Según los LXX, los que dijeron: «Señor Dios, poséenos», suplican esto, para que después de la paz devuelta a ellos se conviertan en posesión de Dios. Lo cual ciertamente también sobre la Sabiduría leemos, la cual según el hebreo habla en los Proverbios: «Dios me poseyó al inicio de sus caminos» (Prov. 8, 22), aunque algunos ejemplares erróneamente en lugar de posesión tengan «criatura». Finalmente sigue: «Antes empero de todos los collados me engendró». ¿Cómo en efecto podrá adaptarse la generación de la criatura, la cual más bien cuadra a la posesión? Está escrito en el Deuteronomio: «¿Acaso no es este tu padre que te poseyó, y te hizo, y te creó?» (Deut. 32, 6). Y esto ha de considerarse, que no dijo «Señor», o «Dios, te poseyó, y te hizo, y te creó»; sino «padre», para que la clemencia del nombre mitigara la austeridad de la potencia. Y lo que sigue: «Señor, fuera de ti a otro no conocemos», no excluye al Hijo, sino que lo une al Padre, pues no dijo «A otro no conocemos», sino «Fuera de ti a otro no conocemos». Pues diciendo el Hijo: «Yo en el Padre y el Padre en mí», fuera del Padre no conocemos al Hijo (Jn. 14, 10), porque en el Padre lo conocemos a él. Finalmente también su nombre nombramos diciendo en la Oración Dominica: «Padre nuestro que estás en los cielos» (Mt. 6, 9).

352 (Vers. 14). Los moribundos no vivan: los gigantes no resuciten. Por eso los visitaste y los trituraste, y perdiste toda memoria de ellos. LXX: «Los muertos en efecto la vida no verán: ni los médicos los suscitarán.» Por eso los indujiste, y los perdiste, y quitaste todo varón [Al. todo masculino] de ellos». Símaco a su modo más manifiestamente: «Los muertos no vivificarán: los gigantes no suscitarán. Por eso los visitaste, y los trituraste, y perdiste toda memoria de ellos».

Dicamus primum juxta LXX: Quaestio videtur esse difficilis, quomodo mortui vitam non videant? Quae sic solvitur: tamdiu eos vitam non videre, quamdiu mortui sunt. Quomodo si dicamus, caecus non videt lumen quamdiu caecus est; sin autem receperit sanitatem, lumen aspiciet: sic et qui iniquitate mortuus est atque peccatis, antequam vivificetur justitia atque virtutibus, per eum qui dicit, Ego sum vita (Joan. XIV), vivere non poterit. Unde et Deus vivorum dicitur, non mortuorum (Matth. XXII). Anima enim quae peccaverit, ipsa morietur (Ezech. XVIII, 4). Legimus in Epistola quae ad Hebraeos scribitur: Ne rursum fundamentum jaciamus poenitentiae ab operibus mortuis (Hebr. VI, 1). Sin autem peccata appellantur opera mortua: quare non e contrario virtutes appellentur opera viva? Quodque sequitur, Nec medici suscitabunt, sensus perspicuus est, condemnari fabulas poetarum, qui ab Aesculapio jactant Virbium suscitatum. Non solum autem hoc de mortuis, sed de omni infirmitate dicendum est, quod absque Dei misericordia nihil medendi ars valeat. Sed quomodo? Nisi Dominus aedificaverit domum, in vanum laboraverunt qui aedificant eam: Nisi Dominus custodierit civitatem, frustra vigilavit qui custodit eam (Ps. CXXXVI, 1, 2). Sic nisi Dominus languorem curaverit, in vanum laborant medici qui cupiunt sanare languentes. Nisi Dominus custodierit sanitatem, in vanum custodiunt, qui etiam praecepta custodiendae salutis propriis edunt libris: semperque discendum est non solum in corporis, sed etiam in animae sanitate: Benedic, anima mea, Domino, qui sanat omnes languores tuos (Ps. CII, 1, 3). Porro qui peccato mortui perseverant, et nulla arte medicinae possunt recipere animae sanitatem, isti disperdentur et tollentur a Domino, et quidquid robustum est in eis, quod masculinum vocatur, penitus auferetur. Unde et Pharao non vult interficere sexum femineum, qui per se fragilis est et facile interire potest, sed omne masculinum, quod si adultum fuerit, et in virilem aetatem pervenerit, difficulter occiditur (Exod. I). Juxta Symmachum, mortui non vivificabunt, quia peccato mortui, alios vivificare non possunt, nec pulchra est laudatio in ore peccatoris. Et gigantes, id est, RAPHAIM (), non suscitabunt alios, qui ipsi juxta Geneseos librum appellantur cadentes. Visitatque eos Dominus, ut et mortuorum et gigantium omnis deleatur memoria. Solus enim est qui suscitat mortuos de quo dicitur: Sicut Pater suscitavit mortuos et vivificat, sic et Filius vivificat quos vult (Joan. V, 21). Possumus mortuos simulacra appellare hominum mortuorum, et gigantes daemones, qui simulacris eorum assident.

Digamos primero según los LXX: La cuestión parece ser difícil, ¿cómo los muertos no vean la vida? La cual así se resuelve: que tanto tiempo no ven ellos la vida, cuanto tiempo están muertos. Como si dijéramos, el ciego no ve la luz mientras es ciego; mas si hubiera recibido la salud, la luz contemplará: así también el que por la iniquidad está muerto y por los pecados, antes de que sea vivificado por la justicia y por las virtudes, por aquel que dice «Yo soy la vida» (Jn. 14), vivir no podrá. De donde también se dice Dios de vivos, no de muertos (Mt. 22). «El alma en efecto que pecare, ella misma morirá» (Ez. 18, 4). Leemos en la Epístola que se escribe a los Hebreos: «Para que no de nuevo echemos el fundamento de la penitencia de las obras muertas» (Heb. 6, 1). Si empero los pecados se llaman obras muertas: ¿por qué no al contrario las virtudes se llamen obras vivas? Lo que sigue, «Ni los médicos suscitarán», el sentido es perspicuo, que se condenan las fábulas de los poetas, que por Esculapio jactan haber sido suscitado Virbio. No solo empero esto sobre los muertos, sino sobre toda enfermedad ha de decirse, que sin la misericordia de Dios nada vale el arte de curar. ¿Pero cómo? «Si el Señor no edificare la casa, en vano trabajaron los que la edifican: Si el Señor no guardare la ciudad, en vano vigiló el que la guarda» (Sal. 126, 1. 2). Así, si el Señor no curare la languidez, en vano trabajan los médicos que desean sanar a los lánguidos. Si el Señor no guardare la salud, en vano guardan los que también preceptos de guardar la salud editan en sus propios libros: y siempre hay que aprender no solo en la salud del cuerpo, sino también en la de la alma: «Bendice, alma mía, al Señor, que sana todas tus languideces» (Sal. 102, 1. 3). Por lo demás, los que en el pecado muertos perseveran, y por ninguna arte de medicina pueden recibir la salud de la alma, estos se perderán y serán quitados por el Señor, y todo lo que robusto es en ellos, lo que se llama masculino, penosamente será quitado. De donde también Faraón no quiere matar al sexo femenino, que por sí es frágil y fácilmente puede perecer, sino a todo masculino, que si adulto fuera, y a la edad viril llegara, con dificultad se mata (Éx. 1). Según Símaco, los muertos no vivificarán, porque muertos por el pecado, a otros vivificar no pueden, ni es bella la alabanza en la boca del pecador. Y los gigantes, esto es, RAPHAIM, no suscitarán a otros, que ellos mismos según el libro del Génesis se llaman «caídos». Y los visita el Señor, para que de los muertos y de los gigantes toda se borre la memoria. Solo en efecto es el que suscita a los muertos de quien se dice: «Como el Padre suscita a los muertos y vivifica, así también el Hijo vivifica a quienes quiere» (Jn. 5, 21). Podemos llamar muertos a los simulacros de los hombres muertos, y gigantes a los demonios, que a los simulacros de ellos asisten.

Nec terrere nos debet, quare LXX masculum, et caeteri Interpretes memoriam transtulerunt, cum eisdem tribus litteris ZAI (), et CHAPH (), et RES () utrumque scribatur apud Hebraeos. Sed quando memoriale dicimus, legitur ZACHAR; quando masculum, ZOCHOR. Et hac verbi ambiguitate deceptum arbitrantur Saul, quando pugnavit contra Amalech et interfecit omne masculinum eorum (I Reg. XV). Deo enim praecipiente, ut deleret omnem memoriam Amalech sub coelo, ille pro memoria, non tam errore, quam praedae seductus cupidine, masculos interpretatus est, nesciens illud Apostoli: Nolite errare, Deus non irridetur (Galat. VI, 7).

(Vers. 15.) Indulsisti genti, Domine, indulsisti genti. Numquid glorificatus es? elongasti omnes terminos terrae. LXX: Adde eis mala, Domine, adde mala gloriosis terrae: longe fecisti omnes terminos terrae.

Mala quae LXX secundo posuerunt, in Hebraico non habentur; sed quia supra dixerat, Ideo induxisti et perdidisti, et tulisti omne masculum [Al. masculinum] eorum, eumdem sensum secuti, addiderunt de suo, mala: ut qui gloriosi in terra sunt, malis duplicibus opprimantur. Porro juxta Hebraeos multo aliter est sensus, et priori disputationi 354 congruens. Dixerat Dominus: Misereamur impio. Propheta responderat: Et ubi est justitia tua? praesertim cum tanta mala in sanctos tuos operatus sit. Ad quod Dominus: Et non videbit, inquit, gloriam Domini. Rursum Propheta: Exaltetur manus tua ad percutiendum, et non videant gloriam tuam, quam non merentur aspicere. Ad quod Dominus: Videant magis et confundantur. Rursum Propheta: Domine, pacem da nobis, et posside nos, qui tui nominis recordamur. Impii autem et superbi non vivant, nec resurgant in gloria, sed contere omnem memoriam eorum. Causasque reddit, cur eos cupiat interire. Indulsisti genti, Domine, indulsisti genti, numquid glorificatus es? Et est sensus: Saepe misertus es gentibus, id est, humano generi, et exercuisti in eas incredibilem clementiam, numquid te cognoverunt? numquid glorificaverunt nomen tuum? Nonne e contrario a te longe [Al. longius] recesserunt? Securitas enim negligentiam, negligentia contemptum parit.

Ni debe aterrarnos por qué los LXX «varón», y los demás Intérpretes «memoria» tradujeron, cuando con las mismas tres letras ZAI, y CHAPH, y RES ambas cosas se escriban entre los hebreos. Pero cuando «memorial» decimos, se lee ZACHAR; cuando «varón», ZOCHOR. Y por esta ambigüedad del verbo piensan que fue engañado Saúl, cuando luchó contra Amalec e interfirió todo masculino de ellos (1 Sam. 15). Pues mandando Dios que borrara toda «memoria» de Amalec bajo el cielo, él por la memoria, no tanto por error, cuanto seducido por la codicia de la presa, interpretó «varones», no sabiendo aquello del Apóstol: «No erréis, Dios no es burlado» (Gál. 6, 7).

(Vers. 15.) Indulgente has sido con la gente, Señor, indulgente has sido con la gente. ¿Acaso has sido glorificado? prolongaste todos los términos de la tierra. LXX: «Añádeles males, Señor, añade males a los gloriosos de la tierra: lejos hiciste todos los términos de la tierra».

Los «males» que los LXX pusieron por segunda vez, no se tienen en el hebreo; pero porque arriba había dicho: «Por eso los indujiste y los perdiste, y quitaste todo varón [Al. todo masculino] de ellos», siguiendo el mismo sentido, añadieron de lo suyo, «males»: para que los que gloriosos son en la tierra, por males dobles sean oprimidos. Por lo demás, según los hebreos es mucho de otro modo el sentido, y congruente con la disputa anterior. Había dicho el Señor: «Tengamos piedad del impío». El Profeta había respondido: ¿Y dónde está tu justicia? especialmente habiendo obrado tantos males contra tus santos. A lo cual el Señor: «Y no verá», dijo, «la gloria del Señor». De nuevo el Profeta: Ensalzada sea tu mano para herir, y no vean tu gloria, la cual no merecen contemplar. A lo cual el Señor: «Vean» más bien «y se confundan». De nuevo el Profeta: Señor, danos la paz, y poséenos a nosotros, que de tu nombre nos acordamos. Los impíos empero y soberbios no vivan, ni resuciten en gloria, sino tritura toda memoria de ellos. Y devuelve las causas de por qué desea que perezcan. «Indulgente has sido con la gente, Señor, indulgente has sido con la gente, ¿acaso has sido glorificado?». Y es el sentido: A menudo te has apiadado de las gentes, esto es, del género humano, y has ejercido con ellas una clemencia increíble, ¿acaso te conocieron? ¿acaso glorificaron tu nombre? ¿No es cierto que al contrario de ti lejos se apartaron? La seguridad en efecto pare la negligencia, la negligencia el desprecio.

(Vers. 16.) Domine, in angustia requisierunt te, in tribulatione murmuris doctrina tua eis. LXX: Domine, in tribulatione recordatus sum tui, in tribulatione parva doctrina tua nobis. Quia indulgens saepe contemptus es, nec glorificatus; sed e contrario omnes a tua scientia recesserunt; propterea, Domine, percute eos, ut in angustia te requirant, et in tribulatione murmuris doctrina tua sit eis: quando tantum eis malorum pondus incumbet, ut ne clamare quidem audeant confidenter, sed dolorem suum silentio devorent. Juxta LXX, in tribulatione Propheta Domini recordatur, juxta illud quod in psalmo dicitur: De tribulatione invocavi Dominum, et exaudivit me in latitudine (Ps. CXVII, 5). Et in alio loco: Ad Dominum cum tribularer clamavi, et exaudivit me (Ps. CXIX, 1). Unde Apostolus loquitur: Tribulamur, sed non angustiamur: persecutionem patimur, sed non derelinquimur (I Cor. IV, 12). Et in alio loco: Non sunt condignae passiones hujus temporis ad venturam gloriam quae revelabitur in nobis (Rom. VIII, 18). Si autem parva tribulatio docet, et emendat, et corripit, quanto magis magna, cum admonemur conditionis nostrae, et Dei potentiae recordamur!

355 (Vers. 17, 18.) Sicut quae concepit cum appropinquaverit ad partum, dolens clamat in doloribus suis: sic facti sumus a facie tua, Domine. Concepimus et quasi parturivimus, et peperimus spiritum. LXX: Et sicut parturiens cum appropinquat ad partum in dolore suo clamat: sic facti sumus ÷ dilecto tuo ** propter timorem tuum, Domine, in utero accepimus, et parturivimus, et peperimus spiritum salutis tuae, quae fecimus super terram.

Sicut ad partum mulier appropinquans, dolore cogitur exclamare: sic nos in angustia requirimus te, et a facie formidinis tuae concepimus, et parturivimus, et peperimus, non carnis liberos, sed spiritus: ut tota in te mente credamus, ut quem per beneficia non sensimus, per tormenta discamus. Hoc quod LXX addiderunt, sic facti sumus dilecto tuo; pro quo caeteri transtulerunt, sic facti sumus a facie tua, Domine, obelo praenotandum est. Possumus autem dilectum Domini Christum accipere, propter cujus timorem concipimus, et parturimus, et parimus, et spiritum salutis facimus super terram. Potest hoc et Apostolicus vir dicere, quando populos erudit et imitatur apostolum Paulum: Filioli mei, quos iterum parturio, donec Christus formetur in vobis (Galat. IV, 19). An dubitandum est quod Paulus apostolus spiritum salutis fecerit super terram, qui de Jerusalem usque ad Illyricum Evangelium praedicavit (Rom. XV), et quasi sapiens architectus fundamentum posuit, extra quod nullus alius potest ponere, qui est Christus Jesus (I Cor. III)?

(Vers. 16.) «Señor, en la angustia te requirieron, en la tribulación del murmullo tu doctrina a ellos». LXX: «Señor, en la tribulación me acordé de ti, en la tribulación pequeña tu doctrina a nosotros». Porque siendo indulgente a menudo has sido despreciado, ni glorificado; sino al contrario todos de tu ciencia se apartaron; por eso, Señor, hiérelos, para que en la angustia te requieran, y en la tribulación del murmullo tu doctrina sea para ellos: cuando tanto peso de males les incumba, que ni clamar siquiera osen confiadamente, sino su dolor en el silencio devoren. Según los LXX, en la tribulación el Profeta del Señor se acuerda, según aquello que en el salmo se dice: «Desde la tribulación invoqué al Señor, y me oyó en la latitud» (Sal. 117, 5). Y en otro lugar: «Al Señor cuando era tribulado clamé, y me oyó» (Sal. 119, 1). De donde el Apóstol habla: «Somos tribulados, mas no angustiados: persecución padecemos, mas no somos abandonados» (1 Cor. 4, 12). Y en otro lugar: «No son condignas las pasiones de este tiempo para la futura gloria que se revelará en nosotros» (Rom. 8, 18). Si empero la pequeña tribulación enseña, y enmienda, y corrige, ¡cuánto más la grande, cuando somos amonestados de nuestra condición, y de la potencia de Dios nos acordamos!

(Vers. 17, 18.) «Como la que concibió cuando se acerque al parto, doliéndose clama en sus dolores: así hemos sido hechos ante tu faz, Señor. Concebimos y como que estuvimos de parto, y parimos espíritu». LXX: «Y como la que está de parto cuando se acerca al parto en su dolor clama: así hemos sido hechos ÷ para tu amado ** por tu temor, Señor, en el útero recibimos, y estuvimos de parto, y parimos el espíritu de tu salvación, la cual hicimos sobre la tierra».

Como la mujer que se acerca al parto, por el dolor es obligada a exclamar: así nosotros en la angustia te requerimos, y ante la faz de tu pavor concebimos, y estuvimos de parto, y parimos, no hijos de la carne, sino del espíritu: para que con toda la mente creamos en ti, para que a quien por los beneficios no sentimos, por los tormentos aprendamos. Esto que los LXX añadieron, «así hemos sido hechos para tu amado»; por lo cual otros tradujeron «así hemos sido hechos ante tu faz, Señor», ha de anotarse con óbelo. Podemos empero por el amado del Señor entender a Cristo, por cuyo temor concebimos, y estamos de parto, y parimos, y hacemos el espíritu de salvación sobre la tierra. Puede esto también decirlo el varón Apostólico, cuando instruye a los pueblos e imita al apóstol Pablo: «Hijitos míos, a quienes de nuevo de parto estoy, hasta que Cristo sea formado en vosotros» (Gál. 4, 19). ¿O hay que dudar de que Pablo apóstol hizo el espíritu de salvación sobre la tierra, el cual desde Jerusalén hasta el Ilírico predicó el Evangelio (Rom. 15), y como sabio arquitecto puso el fundamento, fuera del cual ningún otro puede poner, que es Cristo Jesús (1 Cor. 3)?

Sive igitur legerimus, propter timorem tuum, Domine, in utero accepimus: sive juxta Hebraicum, a facie tua, Domine, concepimus, et in utero accepimus, utrumque ad id pertinet, ut ex timore et recordatione Domini sermonem concipiamus Dei, et illuminetur cor nostrum dicentium: Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine (Ps. IV, 7). Et, ostende faciem tuam, et salvi erimus (Ps. LXXIX, 4).

Salutes non fecimus in terra: ideo non ceciderunt habitatores orbis. LXX: Non cademus, sed cadent habitatores terrae.

Diversa interpretatio necesse est ut diversum habeat et sensum. Juxta Hebraicum hoc dicitur: Quia nihil dignum tua fecimus misericordia, propterea impii non corruerunt, sed usque 356 hodie praevalent et possident terram. LXX autem hoc asserunt, quod facientibus sanctis spiritum salutis super terram, qui terrae habitatores sunt corruant, licet inter orbem, qui Hebraice THEBEL), et Graece dicitur οἰκουμ□νη, ac terram, multa diversitas sit. Cadent ergo quicumque habitationi terrae se dederunt, et in terrenis operibus fixa radice fundati sunt; et non cadent qui sedent in orbe terrarum et requiescunt in Ecclesia, quae habitaculum Patris, et Filii, et Spiritus Sancti est.

(Vers. 19.) Vivant mortui tui, interfecti mei resurgant: expergiscimini et laudate, qui habitatis in pulvere, quia ros luminum ros tuus, et terram gigantium detrahes in ruinam. LXX: Resurgent mortui, et resurgent de sepulcris, et laetabuntur qui sunt in terra. Ros enim tuus sanitas eorum, terra autem impiorum cadet.

Sanctis parturientibus et parientibus spiritum, et habitatoribus terrae corruentibus, quia salutes non fecerunt in terra, hi quos in Christo mortuos Apostolus vocat, et propter nomen Domini interfecti sunt, resurgent in gloria (I Thess. IV). Et quia mors eorum somnus est, nequaquam juxta LXX resurgere, sed expergisci et evigilare dicuntur. Unde et Lazarus qui evigilandus erat, a Domino dormiens appellatur (Joann. XI). Omnes igitur martyres et sancti viri, qui pro Christo fuderunt sanguinem, et quorum fuit tota vita martyrium, resurgent et evigilabunt, atque laudabunt Deum Creatorem suum, qui nunc habitant in pulvere, de quibus in Daniele scriptum est: Multi dormientium in terrae pulvere resurgent, hi in vitam aeternam, et hi in opprobrium, et confusionem sempiternam (Dan. XII, 1).

Sea pues que leamos «por tu temor, Señor, en el útero recibimos»: o bien según el hebreo «ante tu faz, Señor, concebimos, y en el útero recibimos», lo uno y lo otro a esto pertenece, que por el temor y el recuerdo del Señor concibamos la palabra de Dios, e ilumine nuestro corazón de los que dicen: «Señalado ha sido sobre nosotros el lumbre de tu rostro, Señor» (Sal. 4, 7). Y «muestra tu faz, y salvos seremos» (Sal. 79, 4).

«Salvaciones no hicimos en la tierra: por eso no cayeron los habitantes del orbe». LXX: «No caeremos, sino que caerán los habitantes de la tierra».

La diversa interpretación es necesario que tenga también diverso sentido. Según el hebreo esto se dice: Porque nada digno hicimos de tu misericordia, por eso los impíos no han caído, sino que hasta hoy prevalecen y poseen la tierra. Los LXX empero esto aseguran, que haciendo los santos espíritu de salvación sobre la tierra, los que de la tierra habitantes son caigan, aunque entre el «orbe», que en hebreo es THEBEL, y en griego se dice oikoumene, y la «tierra», mucha diversidad haya. Caerán por tanto cualesquiera que a la habitación de la tierra se dieron, y en las obras terrenas con fija raíz están fundados; y no caerán los que se sientan en el orbe de la tierra y descansan en la Iglesia, la cual habitáculo del Padre, y del Hijo, y del Espíritu Santo es.

(Vers. 19.) «Vivan tus muertos, mis muertos resuciten: despertad y alabad, los que habitáitis en el polvo, porque rocío de lumbres es tu rocío, y la tierra de los gigantes abatirás en ruina». LXX: «Resucitarán los muertos, y resucitarán de los sepulcros, y se alegrarán los que están en la tierra. El rocío en efecto tuyo salud de ellos, la tierra empero de los impíos caerá».

Estando los santos de parto y pariendo el espíritu, y cayendo los habitantes de la tierra, porque no hicieron salvaciones en la tierra, estos a quienes el Apóstol llama muertos en Cristo, y por el nombre del Señor fueron muertos, resucitarán en gloria (1 Tes. 4). Y porque la muerte de ellos es sueño, de ningún modo según los LXX resucitar, sino despertarse y vigilar se dicen. De donde también Lázaro que había de ser despertado, por el Señor durmiente es llamado (Jn. 11). Todos los mártires por tanto y varones santos, que por Cristo derramaron la sangre, y cuya fue toda la vida un martirio, resucitarán y despertarán, y alabarán a Dios su Creador, los que ahora habitan en el polvo, de los cuales en Daniel está escrito: «Muchos de los que duermen en el polvo de la tierra resucitarán, estos para la vida eterna, y estos para oprobio y confusión eterna» (Dan. 12, 1).

Et in Joanne Evangelista legimus: Veniet hora, et nunc est, quando qui in sepulcris sunt audient vocem Filii Dei, et qui audierint vivent, et egredientur qui bona fecerunt in resurrectionem vitae, et qui mala, in resurrectionem judicii (Joann. V, 28, 29). Ros enim Domini, juxta fabulas Poetarum vincens omnes herbas Paeonias, vivificabit corpora mortuorum. Et quomodo jactis in terram seminibus, ros paulatim crescere facit herbas, et ad fruges sui generis pervenire: sic Domini ros qui pro misericordia ponitur, ros erit luminum plurimorum, quod Hebraice 357 dicitur OROTH (). Terram autem, id est, corpora Raphaim, gigantium videlicet et impiorum, Dominus in poenas detrahet sempiternas. Denique pro RAPHAIM () soli LXX impios transtulerunt. Et quia supra legimus: Mortui vitam non videbunt, nec medici suscitabunt, pro quo Aquila et Symmachus, Raphaim et gigantes interpretati sunt: quaerimus quae erroris causa sit, ut pro RAPHAIM Hebraico, alii gigantes, alii medicos posuerint. Verbum Hebraicum RAPHAIM si post RES primam litteram sequentem habeat VAU, legitur ROPHAIM [Al. ROSIM] () et significat medicos; sin autem absque VAU littera scribatur, legitur RAPHAIM, et transfertur in gigantes. Simulque quia supra dixerat: Mortui vitam non videbunt, ut manifestius demonstraret non dici ibi de mortuis lege naturae, et separatione animae ac corporis; sed de his qui peccato mortui sunt: nunc e contrario dicit ad Deum: Vivent mortui tui, qui interfecti sunt propter te, qui non absolute mortui, ut LXX transtulerunt; sed juxta Hebraicum ubi dicitur JEJU METHECA (), mortui tui appellantur.

Vade, populus meus, intra in cubicula tua, claude ostia tua super te: abscondere modicum ad momentum, donec pertranseat indignatio. Ecce enim Dominus egredietur de loco suo, ut visitet iniquitatem habitatoris terrae contra eum, et revelabit terra sanguinem suum, et non operiet ultra interfectos suos. LXX: Vade, populus meus, ingredere cubicula tua, claude ostium tuum: abscondere paululum quantulumcumque, donec pertranseat ira Domini. Ecce enim Dominus de sancto inducet iram super habitatores terrae, et revelabit terra sanguinem suum, et non abscondet ultra interfectos.

Supra de Sanctis dixerat, Resurgent mortui, et resurgent qui in sepulcris sunt; ros enim a te sanitas eorum est: et e contrario de impiis, terra autem impiorum cadet; nunc ad sanctos loquitur, quia vobis resurrectio repromissa est, donec in peccatores et impios ira Dei desaeviat: ingredimini in sepulcra vestra, et abscondite vos, breve enim tempus est donec Dei pertranseat indignatio.

Y en Juan el Evangelista leemos: «Vendrá la hora, y ahora es, cuando los que en los sepulcros están oirán la voz del Hijo de Dios, y los que oyeran vivirán, y saldrán los que bien hicieron a la resurrección de la vida, y los que mal, a la resurrección del juicio» (Jn. 5, 28. 29). El rocío en efecto del Señor, según las fábulas de los Poetas venciendo a todas las hierbas Peonias, vivificará los cuerpos de los muertos. Y así como echadas en la tierra las semillas, el rocío poco a poco hace crecer las hierbas, y llegar a los frutos de su género: así el rocío del Señor que por misericordia se pone, rocío será de muchísimas lumbres, lo que en hebreo se dice OROTH. La tierra empero, esto es, los cuerpos de los Raphaim, de los gigantes a saber y de los impíos, el Señor a penas abatirá sempiternas. Finalmente por RAPHAIM solos los LXX «impíos» tradujeron. Y porque arriba leímos: «Los muertos la vida no verán, ni los médicos suscitarán», por lo cual Aquila y Símaco, «Raphaim y gigantes» interpretaron: preguntamos cuál sea la causa del error, para que por el RAPHAIM hebreo, unos «gigantes», otros «médicos» pusieran. El verbo hebreo RAPHAIM si después de RES primera letra la siguiente tiene VAU, se lee ROPHAIM y significa «médicos»; si empero sin la letra VAU se escribe, se lee RAPHAIM, y se vierte en «gigantes». Y al mismo tiempo porque arriba había dicho: «Los muertos la vida no verán», para que más manifiestamente demostrara no decirse allí de los muertos por la ley de la naturaleza, y la separación de la alma y del cuerpo; sino de aquellos que por el pecado están muertos: ahora al contrario dice a Dios: Vivan tus muertos, que fueron muertos por ti, que no absolutamente muertos, como los LXX tradujeron; sino según el hebreo donde se dice JEJU METHECA, «muertos tuyos» son llamados.

Vete, pueblo mío, entra en tus cámaras, cierra tus puertas sobre ti: escóndete un poquito por un momento, hasta que pase la indignación. Porque he aquí que el Señor saldrá de su lugar para visitar la iniquidad del habitante de la tierra contra él, y revelará la tierra su sangre, y no cubrirá más a sus muertos. LXX: Vete, pueblo mío, entra en tus cámaras, cierra tu puerta: escóndete un poquito, por pequeño que sea, hasta que pase la ira del Señor. Porque he aquí que el Señor desde el lugar santo traerá la ira sobre los habitantes de la tierra, y revelará la tierra su sangre, y no esconderá más a los muertos.

Arriba de los Santos había dicho: Resucitarán los muertos, y resucitarán los que en los sepulcros están; porque el rocío de ti salud de ellos es: y al contrario de los impíos, la tierra empero de los impíos caerá; ahora a los santos habla, porque a vosotros la resurrección ha sido prometida, hasta que en los pecadores e impíos la ira de Dios se ensañe: entrad en vuestros sepulcros, y escondeos, breve en efecto es el tiempo hasta que del Dios pase la indignación.

Siquidem egreditur Dominus de loco suo, quia misericors et miserator Dominus, et clementissimus pater filios negligentes ferire compellitur, et quodammodo de sua sententia commutari, ut visitet et inducat iram suam super habitatores terrae, de quibus dicitur in Osee: Maledictio et mendacium, et adulterium, et furtum effusa sunt super habitatores terrae (Osee, IV, 2). Et in Apocalypsi tertio legimus, Vae super habitatores terrae (Apoc. VIII, 13). Porro justi, licet videntur in terra, tamen conversatio eorum in coelis est, qui possunt dicere: Advena ego sum in terra, et peregrinus sicut omnes patres mei (Ps. XXXVIII, 13), et fruuntur habitatione Altissimi, de quibus sanctus loquitur: Qui habitat in adjutorio Altissimi, in protectione Dei coeli commorabitur (Ps. XC, 1). Tunc revelabit terra sanguinem suum, de quo Deus loquitur ad Cain: Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra, quae aperuit os suum, ut susciperet sanguinem fratris tui de manu tua (Genes. IV, 10, 11). Potest et hoc de Martyribus intelligi, qui pro Christo fuderunt sanguinem, et sub altari Dei clamitant: Usquequo, Domine, non ulcisceris sanguinem nostrum de his qui habitant super terram (Apoc. VI, 10)? De quibus et Moyses dicit in Cantico: Sanguis filiorum ejus vindicabitur et ulciscetur, et retribuet vindictam inimicis (Deut. XXXII, 43). Hunc sanguinem terra quae susceperat, revelabit, et interfectos Domini nequaquam operiet; sed producet in publicum ad condemnationem eorum qui Martyres occiderunt. Hoc de simplici resurrectione intellectum sit.

Praecipitur autem juxta Anagogen populo Dei, ut ingrediatur cubicula sua sive cellaria, ταμεῖα quippe utrumque significat: ut claudat juxta Evangelicum praeceptum ostium cubiculi sui (Matth. VI), et dicat cum Propheta: Pone, Domine, custodiam ori meo, et ostium munitum labiis meis (Ps. CXL, 3). Et abscondatur paululum quantulumcumque, donec pertranseat ira Domini, ut nihil gloriae causa faciat; sed fruatur bono conscientiae, et solum judicem exspectet Deum. Sunt autem cellaria quae claudenda sunt et abscondenda ab his qui divites facti sunt in operibus atque sermonibus, prudentia, temperantia, fortitudo, justitia, ut nesciat sinistra quid faciat dextera, ut Legis et Prophetarum, et Evangelii opibus perfruamur. Quod autem omnes dies vitae nostrae breves sint et parvuli [Al. parvi], Jacob excedens annos centum loquitur: Parvi sunt et pessimi dies mei (Genes. XLVII, 9). Ira autem Domini transitura illa est, quam thesaurizant sibi, qui nolunt agere poenitentiam; quae postquam transierit, nequaquam cellaria ultra claudentur, sed implebitur quod scriptum est: Nihil occultum quod non revelabitur, et absconditum quod non manifestetur (Luc. VIII, 17).

Puesto que sale el Señor de su lugar, porque misericordioso y compasivo es el Señor, y el clementísimo padre a los hijos negligentes herir es compelido, y en cierto modo de su sentencia ser cambiado, para que visite y traiga su ira sobre los habitantes de la tierra, de los cuales se dice en Oseas: Maldición y mentira, y adulterio, y hurto se han derramado sobre los habitantes de la tierra (Os. 4, 2). Y en el Apocalipsis terceramente leemos: ¡Ay sobre los habitantes de la tierra! (Apoc. 8, 13). Por lo demás los justos, aunque parecen estar en la tierra, sin embargo la conversación de ellos en los cielos está, los cuales pueden decir: Advenedizo yo soy en la tierra, y peregrino como todos mis padres (Sal. 38, 13), y disfrutan de la habitación del Altísimo, de los cuales el santo habla: El que habita en el auxilio del Altísimo, en la protección del Dios del cielo morará (Sal. 90, 1). Entonces revelará la tierra su sangre, de lo cual Dios habla a Caín: La voz de la sangre de tu hermano clama a mí desde la tierra, que abrió su boca para recibir la sangre de tu hermano de tu mano (Gén. 4, 10. 11). Puede también esto de los Mártires entenderse, que por Cristo derramaron la sangre, y bajo el altar de Dios claman: ¿Hasta cuándo, Señor, no vengas nuestra sangre de los que habitan sobre la tierra (Apoc. 6, 10)? De los cuales también Moisés dice en el Cántico: La sangre de sus hijos será vengada y se vengará, y retribuirá venganza a los enemigos (Deut. 32, 43). Esta sangre que la tierra había recibido, la revelará, y a los muertos del Señor de ningún modo cubrirá; sino que los producirá al público para condenación de aquellos que a los Mártires mataron. Esto de la simple resurrección sea entendido.

Se preceptúa empero según la Anagogía al pueblo de Dios, que entre en sus cámaras o sótanos, tameia por cierto ambas cosas significa: para que cierre según el precepto Evangélico la puerta de su cámara (Mt. 6), y diga con el Profeta: Pon, Señor, custodia a mi boca, y puerta fortificada a mis labios (Sal. 140, 3). Y sea escondido un poquito, por pequeño que sea, hasta que pase la ira del Señor, para que nada por causa de la gloria haga; sino que disfrute del bien de la conciencia, y al solo juez espere a Dios. Son empero sótanos los que han de ser cerrados y escondidos por aquellos que ricos se han hecho en las obras y en los sermones: prudencia, templanza, fortaleza, justicia, para que no sepa la izquierda qué hace la derecha, para que de la Ley y de los Profetas, y del Evangelio de las riquezas disfrutemos. Que empero todos los días de nuestra vida sean breves y pequeños, Jacob excediendo los años ciento habla: Pequeños son y pesadísimos mis días (Gén. 47, 9). La ira empero del Señor que ha de pasar aquella es, que atesoran para sí, los que no quieren hacer penitencia; la cual después que haya pasado, de ningún modo los sótanos más serán cerrados, sino que se cumplirá lo que escrito está: Nada oculto que no será revelado, y escondido que no sea manifestado (Lc. 8, 17).

Quodque sequitur: Ecce enim Dominus de sancto inducet iram suam: illud significat, quod a sanctis Dei ira incipiat, vel omnis illius ultio justa sanctaque sit, non de mentis perturbatione descendens, ut in hominibus solet; sed studio corrigendi. Terram autem habitatorum illam reor, de qua scriptum est: Audiat terra sermones oris mei (Deut. XXXII, 1). Et: Auribus percipe, terra (Isai, I, 2). Et iterum: Terra, terra, audi sermonem Domini (Jerem. XXII, 27). Quomodo enim qui in terra habitant, sic qui in carne sunt, Deo placere non possunt (Rom. VIII). Terra autem in hoc loco significat animam quae vivit carnaliter. Et revelabit sanguinem suum, si quempiam scandalizaverit, et cum Cain meretur audire: Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra, quae aperuit os suum, ut susciperet sanguinem fratris tui (Gen. IV, 10, 11). Omnis igitur sanguis in die judicii requiretur, nec abscondet terra sanguinem suum; et interfectos quos occidit, vel volens, vel per negligentiam, producet in medium.

(Cap. XXVII.---Vers. 1.) In die illo visitabit Dominus in gladio suo duro, et grandi, et forti super Leviathan serpentem vectem, et super Leviathan serpentem tortuosum, et occidet cetum qui est in mari. LXX: In die illa inducet Deus gladium sanctum, et magnum, et fortem, super draconem colubrum fugientem, super draconem colubrum tortuosum, et occidet draconem qui est in mari.

Tradunt Hebraei diabolum, id est, criminatorem, quod Graecum nomen est, Hebraice appellari SATAN (), hoc est, adversarium. Unde et in Zacharia dicitur: Stabat Satan, id est, adversarius, a dextris ejus ut adversaretur ei (Zach. III, 1). Appellaturque et BELIAL (), id est, apostata, praevaricator, et absque jugo. Unde et Apostolus: Quae, inquit, communicatio Christi ad Belial (II Cor. VI, 15)? et ubicumque LXX ponunt filios pestilentiae, in Hebraico scriptum est, filii Belial. Unde et illud quod in psalmo canitur de mysterio Salvatoris: Filius iniquitatis non apponet nocere ei (Ps. LXXXVIII, 23), in Hebraico dicitur, filius Belial. Appellaturque et aliis nominibus, ut in alio psalmo scriptum est: Super aspidem et basiliscum ambulabis, et conculcabis leonem et draconem (Psal. XC, 13). Qui draco proprie in Hebraico sermone appellatur LEVIATHAN (). Ipse est magnus cetus, de quo, quod a Christo capiendus sit, mystico in Job sermone narratur: Qui magnum cetum capturus est (Job. XL, 20); nam et ibi pro ceto, Leviathan ponitur; et iterum: Adduces autem draconem in hamo, circumdabis capistrum naribus ejus; Statimque: Hoc est principium plasmatis Domini quod factum est, ut illudatur ab Angelis ejus. Et in psalmo: Hoc mare magnum et spatiosum: ibi reptilia quorum non est numerus: animalia parva cum magnis. Draco iste quem formasti ad illudendum ei (Ps. CIII, 25, 26).

Y lo que sigue: Porque he aquí que el Señor desde el santo lugar traerá su ira: aquello significa, que por los santos de Dios la ira comience, o que toda aquella su venganza justa y santa sea, no de la perturbación de la mente descendiendo, como en los hombres suele; sino por el deseo de corregir. La tierra empero de los habitantes aquella pienso, de la cual escrito está: Oiga la tierra las palabras de mi boca (Deut. 32, 1). Y: Con los oídos percibe, tierra (Is. 1, 2). Y otra vez: Tierra, tierra, oye la palabra del Señor (Jer. 22, 27). Pues así como los que en la tierra habitan, así los que en la carne están, a Dios complacer no pueden (Rom. 8). La tierra empero en este lugar significa el alma que vive carnalmente. Y revelará su sangre, si a alguien escandalizara, y con Caín merece oír: La voz de la sangre de tu hermano clama a mí desde la tierra, que abrió su boca para recibir la sangre de tu hermano (Gén. 4, 10. 11). Toda por tanto la sangre en el día del juicio será requerida, ni esconderá la tierra su sangre; y a los muertos que mató, o queriendo, o por negligencia, producirá en medio.

(Cap. 27.—Vers. 1.) En aquel día visitará el Señor con su espada dura, y grande, y fuerte sobre Leviatán la serpiente barra, y sobre Leviatán la serpiente tortuosa, y matará a la ballena que está en el mar. LXX: En aquel día traerá Dios la espada santa, y grande, y fuerte, sobre el dragón culebra que huye, sobre el dragón culebra tortuosa, y matará al dragón que está en el mar.

Traducen los Hebreos que el diablo, esto es, el acusador, que es nombre griego, en hebreo se llama SATÁN, esto es, el adversario. De donde también en Zacarías se dice: «Estaba Satán», esto es, el adversario, «a su diestra para serle adversario» (Zac. 3, 1). Y se llama también BELIAL, esto es, apóstata, prevaricador, y sin yugo. De donde también el Apóstol: «Qué», dice, «comunicación de Cristo a Belial» (2 Cor. 6, 15)? y dondequiera que los LXX ponen «hijos de la pestilencia», en el hebreo está escrito, «hijos de Belial». De donde también aquello que en el salmo se canta del misterio del Salvador: «El hijo de la iniquidad no añadirá dañarle» (Sal. 88, 23), en el hebreo se dice, «hijo de Belial». Y se llama con otros nombres, como en otro salmo está escrito: «Sobre el áspid y el basilisco caminarás, y conculcarás al león y al dragón» (Sal. 90, 13). El cual dragón propiamente en el sermón hebreo se llama LEVIATÁN. Él mismo es la gran ballena, de la cual, que por Cristo ha de ser capturada, místico en Job en el sermón se narra: «Quien ha de capturar a la gran ballena» (Job 40, 20); pues también allí por «ballena», Leviatán se pone; y otra vez: «Llevarás empero al dragón en el anzuelo, rodearás el ronzal a sus narices»; e inmediatamente: «Este es el principio de la creación del Señor que fue hecha, para que se burlen de él sus Ángeles». En el salmo: «Este mar grande y espacioso: allí reptiles de los cuales no hay número: animales pequeños con los grandes. Este dragón que formaste para burlarte de él» (Sal. 103, 25. 26).

De hoc et in Apocalypsi scribit Joannes: Facta est pugna in coelo: Michael et Angeli ejus bellabant cum dracone, et draco pugnabat et Angeli ejus, et non praevaluerunt, nec locus inventus est eis in coelo (Apoc. XII, 7 et seqq.). Et: Missus est draco magnus, coluber antiquus, qui vocatur diabolus et Satanas, qui errare facit orbem terrarum universum; missusque est in terram, et Angeli ejus cum eo; ibique dicitur: Missus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat eos coram Deo nostro (Ibid., V, 10). Illudque notandum quod in psalmo et in Job, propterea factus dicatur draco, hoc est, Leviathan, ut illuderetur ei ab Angelis. Unde et Apostoli accipiunt potestatem, ut calcent super serpentes et scorpiones, et super omnem virtutem inimici (Luc. X). Quia igitur ab eo loco ubi scriptum est: Ecce Dominus dissipabit terram, et nudabit eam (Supra, XXIV, 1); sive juxta LXX: Ecce Dominus disperdet orbem terrarum, et desolabit eum, usque ad praesens capitulum, contra orbem in consummatione mundi judicium praedicatum est, et novissimus inimicus destruetur mors (I Cor. XV): propterea adversum diabolum extrema sententia est, ut inducatur super eum gladius sanctus, et magnus, et fortis, sive juxta Hebraicum et reliquos Interpretes, gladius durus. Non enim ut LXX arbitrati sunt CADESA () dicitur, quod si esset, sanctum sonaret; sed CASA (), quod proprie transfertur in durum. Unde et Cis pater Saul, durus appellatur.

Gladium autem sanctum, sive durum, ob ejus sensum qui patitur, quidam nostrorum intelligunt Verbum Dei, de quo dicit Apostolus: Vivens autem Dei sermo et efficax, et acutus super omnem gladium ex utraque parte acutum (Hebr. IV, 12). Unde et in alio loco de ore Salvatoris gladium bicipitem exire legimus (Apoc. XIX). Cum autem in fine mundi adversum Leviathan, qui in principio Geneseos appellatur serpens prudentissimus super omnes bestias (Genes. III, 1), quae erant in terra, gladius sanctus sive durus, et magnus, et fortis fuerit inductus, fugiet qui numquam fugere consueverat, nesciens illud scriptum: Quo vadam a spiritu tuo, aut a facie tua quo fugiam (Ps. CXXXVIII, 7)? Pulchre quidam poeta in Gigantomachia de Encelado lusit: Quo fugis, Encelade? quascumque accesseris oras, Sub Deo semper eris. Iste autem Leviathan coluber fugiens, in Hebraico dicitur BARI (), quod Aquila interpretatus est vectem, Symmachus concludentem, Theodotio robustum. Vectem autem sive claudentem puto appellari, quod multos suo carcere clauserit, et propriae subjecerit potestati, nihilque in se rectum habet, et idcirco dicitur tortuosus, nec imitari potest virgam Domini, de qua scriptum est: Virga directionis, virga regni tui (Psal. XLIV). Quem Dominus interficiet spiritu oris sui (II Thess. II), habitatorem quondam maris, falsorum et amarorum fluctuum.

De este también en el Apocalipsis escribe Juan: «Se hizo una lucha en el cielo: Miguel y sus Ángeles luchaban con el dragón, y el dragón luchaba y sus Ángeles, y no prevalecieron, ni se encontró lugar para ellos en el cielo» (Apoc. 12, 7 y ss.). Y: «Fue lanzado el gran dragón, la culebra antigua, que se llama diablo y Satanás, que hace errar al orbe de las tierras universal; y fue lanzado a la tierra, y sus Ángeles con él; y allí se dice: «Fue lanzado el acusador de nuestros hermanos, que los acusaba delante de nuestro Dios» (Ibíd., v. 10). Y aquello ha de notarse que en el salmo y en Job, por eso se diga hecho el dragón, esto es, Leviatán, para que se burlaran de él los Ángeles. De donde también los Apóstoles reciben potestad, para que pisen sobre serpientes y escorpiones, y sobre toda la virtud del enemigo (Lc. 10). Puesto que por tanto desde aquel lugar donde escrito está: «He aquí el Señor disipará la tierra, y la desnudará» (Arriba, 24, 1); o según los LXX: «He aquí el Señor perderá al orbe de las tierras, y lo desolará», hasta el presente capítulo, contra el orbe en la consumación del mundo el juicio ha sido predicado, y el novísimo enemigo será destruida la muerte (1 Cor. 15): por eso contra el diablo la extrema sentencia es, que se traiga sobre él la espada santa, y grande, y fuerte, o según el Hebreo y los demás Intérpretes, «espada dura». Pues no como los LXX arbitraron se dice CADESA, que si fuera, «santa» sonaría; sino CASA, que propiamente se vierte en «dura». De donde también Cis el padre de Saúl, «duro» se llama.

La espada empero santa, o dura, por el sentido de aquel que padece, algunos de los nuestros entienden el Verbo de Dios, del cual dice el Apóstol: «Vivo empero el sermón de Dios y eficaz, y agudo sobre toda espada de ambos lados aguda» (Heb. 4, 12). De donde también en otro lugar de la boca del Salvador una espada de dos filos salir leemos (Apoc. 19). Cuando empero en el fin del mundo contra Leviatán, que en el principio del Génesis se llama «serpiente prudentísima» sobre todas las bestias (Gén. 3, 1), que estaban en la tierra, la espada santa o dura, y grande, y fuerte hubiera sido traída, huirá quien nunca huir solía, no sabiendo aquello escrito: «¿A dónde iré de tu espíritu, o de tu faz a dónde huiré» (Sal. 138, 7)? Bellamente un cierto poeta en la Gigantomaquia sobre Encélado jugó: «¿A dónde huyes, Encélado? cualesquiera playas a las que accedas, bajo Dios siempre estarás». Este empero Leviatán culebra que huye, en hebreo se llama BARI, lo que Aquila interpretó «barra», Símaco «encerrador», Teodoción «robusto». La barra empero o encerrador pienso que se llama, porque a muchos en su cárcel encerró, y a la propia sujetó potestad, y nada en sí recto tiene, y por eso se dice tortuoso, ni imitar puede la vara del Señor, de la cual escrito está: «Vara de dirección, vara de tu reino» (Sal. 44). A quien el Señor matará con el espíritu de su boca (2 Tes. 2), al habitante antaño del mar, de falsas y amargas ondas.

Qui dicunt diabolum acturum poenitentiam et veniam consecutorum, interpretentur nobis quomodo hoc accipiant, quod scriptum est: Et interficiet draconem qui est in mari, sive cetum. Secundo enim loco in praesenti capitulo, in Hebraico non appellatur Leviathan, sed THANNIN (), quod proprie cetum sonat. Unde Hebraei autumant Leviathan habitare sub terra et in aethere: Thanniim vero in mari, quae Judaica fabula est. Quodque dicitur in extremo hujus capituli, in die illa, Eusebius priori jungit capiti, ne sequens prophetia huic tempori coaptetur. Hebraei autem et caeteri explanatores sequenti, quod nunc propositurі sumus.

(Vers. 2, 3.) In die illa vinea meri cantabit ei. Ego Dominus qui servo eam, repente propinabo illi: ne forte visitetur contra eam, nocte et die servo eam. LXX: In die illo vinea bona desiderium ejus, ut princeps illius sit. Ego civitas fortis, civitas quae oppugnatur: frustra potum dabo illi. Capientur enim nocte, die autem cadet murus.

Multum Hebraicum in hoc loco a LXX editione discordat, idcirco singula ut proposuimus disseramus. Vinea de qua supra loquitur Isaias: Vinea facta est dilecto in cornu, in loco uberi, quae debeat intelligi, ipso docente discamus: Vinea enim Domini Sabaoth domus est Israel (Isai. V, 1), de qua in psalmo canitur: Vineam de Aegypto transtulisti, etc. (Ps. LXXIX, 9). Huic et per Jeremiam propinat calicem meracissimum (Jerem. XXV). Cum enim misisset eum ut potionaret omnes gentes, et huic se Propheta libenter obtulisset officio, primum inebriare jubetur Jerusalem. Unde dicit: Decepisti me, Domine, et deceptus sum (Jerem. XX, 7). Bibet igitur Jerusalem, et propinatur ei meraca potio, ut planctum discat et fletum. Dicitque se Dominus multo eam tempore custodisse, et locum dedisse poenitentiae, et quia converti noluerit, subito inebriandam. Hoc enim dicit diebus egisse vel noctibus, ut ipsius semper auxilio servaretur.

LXX autem eamdem pulchram appellant vineam, in qua fuit Lex et Prophetae, sacerdotium, et pontificium, et Dei notitia, dicente Scriptura: Notus in Judaea Deus, in Israel magnum nomen ejus (Ps. LXXV, 1). Quod alii putant, juxta editionem eorum ad Ecclesiam pertinere, qua nihil est pulchrius. Et de qua dictum est: Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei (Ps. LXXXVI, 3): quae princeps est genitricis suae, et dicit in Cantico Canticorum: Filii matris meae pugnaverunt adversus me (Cant. I, 5). Et loquitur: Ego civitas firma, civitas quae oppugnatur. Pulchreque oppugnatur dixit, non expugnatur.

Los que dicen que el diablo ha de hacer penitencia y ha de conseguir perdón, que nos interpreten cómo reciben esto, que escrito está: «Y matará al dragón que está en el mar», o a la «ballena». Pues en el segundo lugar en el presente capítulo, en el hebreo no se llama Leviatán, sino THANNIN, que propiamente suena a «ballena». De donde los Hebreos suponen que Leviatán habita bajo la tierra y en el éter: los Thanniim empero en el mar, lo cual es fábula judaica. Y lo que se dice en el extremo de este capítulo, «en aquel día», Eusebio al anterior une capítulo, para que la siguiente profecía a este tiempo no sea coaptada. Los Hebreos empero y los demás explanadores al siguiente, que ahora hemos de proponer.

(Vers. 2, 3.) En aquel día cantará para él una viña de vino puro. Yo el Señor soy quien la guardo, de repente le daré de beber: no sea que tal vez sea visitada contra ella, de noche y de día la guardo. LXX: En aquel día viña buena es su deseo, para que él sea su príncipe. Yo soy ciudad fuerte, ciudad que es combatida: en vano le daré de beber. Pues serán capturados de noche, de día empero caerá el muro.

Mucho el Hebreo en este lugar de la edición de los LXX discrepa, por tanto cada una de las cosas como propusimos discurramos. La viña de la cual arriba habla Isaías: «Se hizo una viña para el amado en un cuerno, en un lugar fértil», la cual deba ser entendida, enseñando él mismo aprendamos: «Pues la viña del Señor de los Ejércitos la casa es de Israel» (Is. 5, 1), de la cual en el salmo se canta: «Una viña de Egipto trasladaste», etc. (Sal. 79, 9). A esta también por Jeremías ofrece un cáliz purísimo (Jer. 25). Pues cuando lo hubiera enviado para dar de beber a todas las gentes, y a este oficio el Profeta de grado se hubiera ofrecido, primero embriagar a Jerusalén se manda. De donde dice: «Me engañaste, Señor, y engañado fui» (Jer. 20, 7). Beberá por tanto Jerusalén, y se le ofrece una poción pura, para que el llanto aprenda y el lamento. Y dice el Señor que por mucho tiempo la custodió, y dio lugar a la penitencia, y porque convertirse no quiso, de repente ha de ser embriagada. Pues dice que esto por días hizo o por noches, para que por el auxilio de él mismo siempre fuera preservada.

Los LXX empero a la misma llaman hermosa viña, en la cual fue la Ley y los Profetas, el sacerdocio, y el pontificado, y el conocimiento de Dios, diciendo la Escritura: «Conocido en Judea Dios, en Israel grande el nombre de él» (Sal. 75, 1). Lo cual otros piensan, según la edición de ellos pertenecer a la Iglesia, de la cual nada es más hermoso. Y de la cual se dijo: «Cosas gloriosas se han dicho de ti, ciudad de Dios» (Sal. 85, 3): la cual es la princesa de su madre, y dice en el Cantar de los Cantares: «Los hijos de mi madre lucharon contra mí» (Cant. 1, 5). Y habla: «Yo ciudad firme, ciudad que es combatida». Y bellamente «es combatida» dijo, no «es expugnada».

Statimque jungit de Synagoga, quae de capite versa est in caudam: Frustra ei potum mearum tribuo doctrinarum, capietur enim in tenebris erroris sui. Et quia apertam lucem non recepit, per diem corruit murus ejus, id est, omne quod sibi putabat auxilium, nullusque erit adversariorum qui non capiat eam, quod de contrariis debemus intelligere potestatibus.

(Vers. 4, 5.) Indignatio non est mihi: quis dabit me spinam et veprem in praelio? Gradiar super eam: succendam eam pariter. An potius tenebo fortitudinem meam? faciet pacem mihi, pacem faciet mihi. LXX: Non est quae non apprehenderit eam. Quis ponet me custodem stipulae in agro? propter adversariam hanc repuli eam. Idcirco fecit Dominus omnia quae disposuit: combusta sum; dicent habitatores ejus, faciemus pacem illi: faciemus pacem ei.

Quod in hoc eodem propheta lecturi sumus (Infra XXXVII), quando centum octoginta quinque millia armatorum de Assyriorum exercitu Angelo percutiente deleta sunt. Verum hi quoque, id est, Judas et Benjamin, inebriati sunt vino idololatriae, et contempta religione templi, daemonum simulacra venerati, et nescierunt videntem Dominum, qui cuncta considerat. Omnes enim mensae eorum, et universa religio repletae sunt vomitu sordiumque, ut non solum in templo, sed in vertice montium, et nemorosis locis idololatriae sordibus cuncta complerent, et Dominus in eis non haberet habitationis locum. Hoc juxta litteram dictum sit.

Porro juxta tropologiam, priorem sequamur intelligentiam, nec intactos LXX Interpretes relinquamus. Haereticis enim ore diaboli devoratis, qui montem superbiae pinguissimum conscenderunt, Dominus erit corona gloriae, his qui in Ecclesia commorantur, et ad multitudinem plurimorum errantium comparati, parvi sunt numero. Erit autem in spiritu judicii super judicium: quia lavabit Dominus sordes filiorum et filiarum Sion spiritu judicii. Si quis autem sanguinem habuerit, nequaquam spiritu judicii, sed combustionis igne purgabitur, eritque populo fortitudo, et prohibebit eum [Al. eos] interfici ab his qui vino draconum inebriati sunt, et erraverunt propter siceram. Saepe diximus esse vinum, quod de vineis fit. Siceram autem omnem potionem, quae inebriare potest, et statum mentis evertere, quam proprie Aquila ebrietatem transtulit, sive illa frumento, sive hordeo, sive millio, pomorumque succo, et palmarum fructu, et alio quolibet genere conficiatur. Igitur sacerdotes et prophetae haereticorum exciderunt mente propter siceram, et absorpti sunt propter vinum, quales fuerunt Prisca et Maximilla earumque princeps 375 Montanus: et quid dicerent, nesciebant. Vino inebriantur, quando Scripturas sanctas male intelligunt, atque pervertunt. Sicera, quando saeculari abutuntur sapientia et dialecticorum tendiculis, quae non tam vincula sunt appellanda, quam phasmata [Al. phantasmata], id est, umbrae quaedam et imagines, quae cito pereunt atque solvuntur. Istius modi consilium maledictio possidebit, qui quaestum putant esse pietatem, et cuncta faciunt propter avaritiam. De hoc phasmate et Apostolus loquebatur: Attendentes spiritibus erroris, et doctrinis daemoniorum, in hypocrisi loquentium mendacium (I Tim. IV, 1, 2).

Lo cual hemos de leer en este mismo profeta (Infra 37), cuando ciento ochenta y cinco mil hombres armados del ejército de los asirios fueron borrados por el Ángel que hirió. Pero estos también, esto es, Judá y Benjamín, fueron embriagados con el vino de la idolatría, y despreciada la religión del templo, veneraron los simulacros de los demonios, y no conocieron al Señor que ve, que todo lo considera. Pues todas sus mesas y su religión entera se llenaron de vómito y de suciedades, de modo que no solo en el templo, sino en la cima de los montes y en los lugares boscosos, lo completaron todo con las suciedades de la idolatría, y el Señor no tenía en ellos lugar de habitación. Esto se haya dicho según la letra.

Además, según la tropología, sigamos la inteligencia anterior, ni dejemos intactos a los Setenta Intérpretes. Pues devorados los heréticos por la boca del diablo, que ascendieron al monte de soberbia más pingüe, el Señor será corona de gloria para estos que moran en la Iglesia, y comparados con la multitud de los muchísimos que erran, son pequeños en número. Además será en espíritu de juicio sobre el juicio: porque lavará el Señor las suciedades de los hijos y de las hijas de Sion con espíritu de juicio. Pero si alguno tuviere sangre, de ningún modo será purificado por el espíritu de juicio, sino por el fuego de la combustión; y será fortaleza para el pueblo, y le prohibirá ser muerto por estos que están embriagados con el vino de los dragones, y erraron por causa de la sicera (siceram). Muchas veces hemos dicho que es vino el que se hace de las viñas. Pero sicera (siceram) es toda poción que puede embriagar y subvertir el estado de la mente, la cual Aquila propiamente tradujo como embriaguez (ebrietatem), ya sea que se confeccione de trigo, o de cebada, o de mijo, o del zumo de las manzanas, y del fruto de las palmas, y de cualquier otro género. Por tanto, los sacerdotes y los profetas de los heréticos desfallecieron de mente por causa de la sicera, y fueron absorbidos por causa del vino, tales como fueron Prisca y Maximila y su jefe 375 Montano: y qué dijeran, no sabían. Con vino se embriagan cuando las Sagradas Escrituras mal entienden y pervierten. Con sicera, cuando abusan de la sabiduría secular y de las trampas de los dialécticos, que no tanto han de ser llamadas vínculos como phasmata, esto es, ciertas sombras e imágenes que pronto perecen y se disuelven. La maldición poseerá un consejo de este tipo, quienes piensan que la ganancia es la piedad, y todo lo hacen por causa de la avaricia. De este phasma también el Apóstol hablaba: «Atendiendo a espíritus de error y a doctrinas de demonios, de los que hablan mentira en hipocresía» (1 Tim 4, 1-2).

Tertia explanatio est, quod postquam Dominus Scribas Pharisaeosque subverterit, et socium eorum Judam proditorem, qui ab initio fur fuerat, loculos enim pecuniae pauperum ipse portabat (Joan. XII et XIII): tunc sit in spem et in gloriae coronam his qui de Judaeis in Dominum crediderint, haud dublum quin apostolos significet, quos ad praedicationem Evangelii reservarit, et non statim permiserit pro Christo sanguinem fundere. Omnes enim Scribae et Pharisaei vino et sicera, de quibus supra diximus, inebriati sunt, tam sacerdotes quam pseudoprophetae. Sed tendiculae eorum atque insidiae fuere pro nihilo, quia et Judas ipse qui prodidit, fecit propter pecuniam, et sacerdotes qui proditorem pecunia corruperunt propter metum abjectionis suae. Ipse enim flagellum de funiculis faciens, ejecit de templo eos qui vendebant boves et oves, et cathedras vendentium columbas, et nummulariorum mensas sua auctoritate subvertit, dicens ad eos: Scriptum est: Domus Patris mei, domus orationis vocabitur, vos autem fecistis eam domum negotiationis, sive speluncam latronum (Matth. I, 13).

Juxta anagogen illud Hebraicum, in quo diximus: Omnes enim mensae eorum repletae sunt vomitu sordiumque, ita ut non sit ultra locus, ad haereticos, et Scribas, ac Pharisaeos sic referri potest, ut universam doctrinam eorum et cuncta mysteria dicamus vomitu plena et sordium, dum scripturarum sanctarum non digerunt cibos, nec universo corpori faciunt esse vitales; sed immaturos et fetentes egerunt, ita ut nullum 376 in eis Deus reperiat locum. Miror autem quid voluerit Theodotio, ut pro verbo Hebraico quod dicitur, CISOA (), pro quo Aquila interpretatus est, vomitum sordium, et Symmachus tantum vomitum, ille diceret, emetón dysalías, id est, vomitum dysaliae, quod verbum ubi apud Graecos lectum sit, invenire non potui, nisi forte novae rei novum finxerit nomen. Siquidem et apud Hebraeos compositum est, quia vomitus dicitur CI et SOA sordidus [Al. sordes]. Quidquid igitur nauseam facit et vomitum, dysalía appellari potest.

(Vers. 10 seqq.) Quem docebit scientiam, et quem intelligere faciet auditum? Ablactatos a lacte, avulsos ab uberibus: quia manda, remanda; manda, remanda; exspecta, reexspecta; exspecta, reexspecta; modicum ibi, modicum ibi. In loquela enim labii et in lingua altera loquetur ad populum istum, cui dixit: Haec est requies mea; reficite lassum, et hoc est meum refrigerium, et noluerunt audire. Et erit eis verbum Domini: manda, remanda; manda, remanda; exspecta, reexspecta; exspecta, reexspecta; modicum ibi, modicum ibi; ut vadant et cadant retrorsum, et conterantur, et illaqueentur et capiantur.

La tercera explanación es que después de que el Señor subvierta a los escribas y fariseos, y a su socio Judas el traidor, que desde el principio había sido ladrón, pues él mismo llevaba las bolsas del dinero de los pobres (Jn 12 y 13): entonces sea para esperanza y para corona de gloria para estos de los judíos que hayan creído en el Señor, sin duda que significa a los apóstoles, a quienes reservó para la predicación del Evangelio, y no permitió inmediatamente derramar su sangre por Cristo. Pues todos los escribas y fariseos con vino y sicera, de los que arriba dijimos, fueron embriagados, tanto los sacerdotes como los pseudoprofetas. Pero sus trampas y asechanzas fueron para nada, porque también Judas mismo que entregó, lo hizo por causa del dinero, y los sacerdotes que corrompieron al traidor con dinero lo hicieron por causa del miedo de su propia abyección. Pues él mismo haciendo un azote de cordeles, arrojó del templo a los que vendían bueyes y ovejas, y las cátedras de los que vendían palomas y las mesas de los cambistas con su autoridad subvirtió, diciéndoles: «Escrito está: La casa de mi Padre casa de oración será llamada, pero vosotros la habéis hecho casa de negociación, o cueva de ladrones» (Mt 21, 13).

Según la anagogía, aquella parte hebrea en la cual dijimos: «Pues todas las mesas de ellos están llenas de vómito y de suciedades, de modo que no hay más lugar», puede ser referida a los heréticos, y a los escribas y fariseos de tal modo que digamos que su doctrina universal y todos sus misterios están llenos de vómito y de suciedades, mientras que no digieren los alimentos de las sagradas escrituras, ni hacen que sean vitales para el cuerpo entero; sino que inmaduros y fétidos los expulsaron, de modo que Dios no encuentra 376 en ellos ningún lugar. Además me admiro qué habrá querido Teodoción para que por la palabra hebrea que se dice CISOA, por la cual Aquila interpretó «vómito de suciedades», y Símaco tanto como «vómito», él dijera emetón dysalías, esto es, el vómito de dysalia, cuya palabra dónde haya sido leída entre los griegos no pude hallar, a no ser que tal vez para una cosa nueva haya fingido un nombre nuevo. Ya que también entre los hebreos es compuesta, porque el vómito se llama CI y la suciedad SOA. Por tanto, cualquier cosa que haga náusea y vómito puede ser llamada dysalia.

(Vers. 10 sigs.) ¿A quién enseñará la ciencia, y a quién hará entender lo oído? A los ablactados del leche, a los arrancados de los pechos: porque manda, remanda; manda, remanda; espera, reespera; espera, reespera; un poco allí, un poco allí. Pues en la lengua de los labios y en lengua otra hablará a este pueblo, al cual dijo: Este es mi descanso; recread al cansado, y este es mi refrigerio, y no quisieron oír. Y será para ellos la palabra del Señor: manda, remanda; manda, remanda; espera, reespera; espera, reespera; un poco allí, un poco allí; para que vayan y caigan hacia atrás, y sean quebrantados, y sean enlazados y capturados.

LXX: Cui annuntiabimus mala, et cui annuntiabimus nuntium? qui ablactati sunt a lacte: qui abstracti ab ubere. Tribulationem super tribulationem exspecta; praestolare spem super spem; adhuc parum, adhuc parum: propter irrisionem labiorum, propter linguam alteram qua loquentur populo huic dicentes eis: Haec est requies esurienti, et haec contritio, et noluerunt audire. Eterit eis sermo Domini: Tribulatio super tribulationem: exspecta, exspecta; spes [Al. spem] super spem: adhuc parum, adhuc parum; ut vadant et cadant retrorsum, et conterantur, et periclitentur, et capiantur.

Quis, inquit, dignus est doctrine Domini, qui verbis Salvatoris dicentis: Qui habet aures audiendi audiat (Matth. XII, 15): ut quod auribus hauserit, corde intelligat? Quinam illi sint, sequens versus ostendit: Ablactati a lacte, avulsi ab ubere, qui nequaquam lacte nutriuntur infantiae, sed solido vescuntur cibo; qui avulsi sunt ab ubere cum Isaac: propter quam laetitiam fecit Abraham grande convivium (Genes. XXII); hi merentur Domini audire mysteria, et intelligere 377 quae sacerdos et propheta nesciunt (Al. nescivit), inebriati et absorpti a vino, qui erraverunt et nescierunt videntem, quia omnes mensae eorum repletae sunt vomitu sordiumque, qui prophetis ventura annuntiantibus, et nisi fecissent quae praecepta erant, tormenta minitantibus, solebant dicere subsannantes: Manda, remanda; manda, remanda, id est, praecipe, praecipe, impera quae facere debeamus. Cumque abuterentur Dei patientia, qui differt iram, ut praebeat misericordiam: qui solebant etiam hoc ex persona prophetarum ludentes dicere: Exspecta paulisper, exspecta modicum, venient quae futura praediximus. Haec autem universa loquebantur in populo, quia Dei sermonibus non credebant; statimque infert propheta: Nequaquam vobis Deus his verbis loquetur, ut praecipiat quid facere debeatis, et praestolemini quae ventura sunt, sed loquetur vobis in furore praesenti, qui prius dixerat ad populum: Haec est requies mea, reficite lassum, multo tempore laboravi, in nullo inveni requiem. Vulpes foveas habent, et volucres coeli nidos; Filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet (Matth. VIII; Luc. IX). Et hoc est meum refrigerium, ut in vobis aliquando requiescam. Qui noluerunt audire, et mea monita contempserunt;

LXX: ¿A quién anunciaremos males, y a quién anunciaremos el nuncio? Los que son ablactados de la leche: los que son abstraídos del pecho. Tribulación sobre tribulación espera; aguarda la esperanza sobre la esperanza; todavía un poco, todavía un poco: por causa de la irrisión de los labios, por causa de la lengua otra con que hablarán a este pueblo diciéndoles: Este es el descanso para el hambriento, y este el quebrantamiento, y no quisieron oír. Y será para ellos la palabra del Señor: Tribulación sobre tribulación: espera, espera; esperanza sobre esperanza: todavía un poco, todavía un poco; para que vayan y caigan hacia atrás, y sean quebrantados, y peligren, y sean capturados.

¿Quién, dice, es digno de la doctrina del Señor, quién de las palabras del Salvador que dice: «El que tiene oídos para oír, oiga» (Mt 11, 15): para que lo que por los oídos bebiere, con el corazón lo entienda? Quiénes sean aquellos, el verso siguiente lo muestra: «Ablactados de la leche, arrancados del pecho», quienes de ningún modo se nutren con la leche de la infancia, sino que se alimentan con comida sólida; quienes fueron arrancados del pecho con Isaac: por cuya alegría Abraham hizo un gran convite (Gén 21); estos merecen oír los misterios del Señor, y entender 377 lo que el sacerdote y el profeta no saben, embriagados y absorbidos por el vino, quienes erraron y no conocieron al que ve, porque todas sus mesas están llenas de vómito y de suciedades; aquellos que, cuando los profetas anunciaban las cosas venideras, y amenazaban con tormentos a menos que hicieran lo que se les había mandado, solían decir burlándose: «Manda, remanda; manda, remanda», esto es, prescribe, prescribe, ordena lo que debemos hacer. Y como abusaran de la paciencia de Dios, que difiere la ira para ofrecer misericordia: solían también decir esto en persona de los profetas, jugando: «Espera un poco, aguarda un poquito, vendrán las cosas que predijimos que serían». Todo esto hablaban en el pueblo, porque no creían a las palabras de Dios; e inmediatamente añade el profeta: De ningún modo os hablará Dios con estas palabras, para prescribir lo que debáis hacer, y aguardéis las cosas que han de venir, sino que os hablará en el furor presente, el cual antes había dicho al pueblo: «Este es mi descanso, recread al cansado», por mucho tiempo he trabajado, en ninguno he hallado descanso. «Las zorras tienen madrigueras, y las aves del cielo nidos; pero el Hijo del hombre no tiene donde reclinar su cabeza» (Mt 8, 20; Lc 9, 58). «Y este es mi refrigerio, para que en vosotros alguna vez descanse». Los cuales no quisieron oír, y mis avisos despreciaron;

quamobrem quod solebant ludentes dicere prophetis: Manda, remanda; manda, remanda: exspecta, reexspecta; exspecta, reexspecta: modicum ibi, modicum ibi, et irridere patientiam meam, cum me arbitrantur minitari, quae numquam facturus sim: sentiant rebus expleri, ut vadant in interitum, et cadant retrorsum á½€Ï€Î¹ÏƒÎ¸Î¿Ï„á½¹Î½á¿³ insanabili; numquamque ad priora proficiant, nec possint cum Apostolo dicere: Praeteritorum obliti, ad ea quae priora sunt extendimur (Phil. III, 13); sed conterantur et illaqueentur, et vel a Babylonio, vel a Romano capiantur exercitu.

Pro eo quod nos diximus: Manda, remanda; manda, remanda: exspecta, reexspecta; exspecta, reexspecta; modicum ibi, modicum ibi, in Hebraeo sic scriptum est: SAU LASAU, 378 SAU LASAU; CAU LACAU, CAU LACAU: ZER SAM, ZER SAM; hisque verbis abuti solet immundissima haeresis apud simplices quosque atque deceptos, ut terrorem faciat novitate sermonum, quod scilicet qui haec verba cognoverit, et in coitu eorum [Al. horum] meminerit, absque ulla dubitatione transeat ad regna coelorum. Legimus in Apostolo: In aliis linguis, et in labiis aliis loquar populo huic, et nec sic exaudient me, dicit Dominus (I Cor. XIV, 21). Quod mihi videtur juxta Hebraicum de praesenti sumptum capitulo; et hoc in veteri observavimus Testamento (absque paucis testimoniis, quibus Lucas solus abutitur qui magis Graecae linguae habuit scientiam), ubicumque de veteri instrumento quid dicitur, not eos juxta Septuaginta, sed juxta Hebraicum ponere, nullius sequentes interpretationem, sed sensum Hebraicum eum suo sermone vertentes. Symmachus, Theodotio et LXX de hoc loco diversa senserunt, et quia longum est de omnibus dicere, LXX Interpretes, qui leguntur in Ecclesiis, breviter transcurramus.

Rejecto populo Judaeorum, Sacerdotibus et Prophetis, qui inebriati sunt sicera, et erraverunt et maledictio comedit consilium eorum, quod inierunt propter avaritiam, cui annuntiabimus futuras pro Christo tribulationes? cui mala pro quibus paratur corona virtutum? Utique his qui ablactati sunt a lacte, qui avulsi sunt ab ubere, haud dubium quin apostolos significet: Tribulationem super tribulationem exspecta. Loquitur autem ad chorum apostolorum omniumque credentium, ut not ad unam, sed ad multas se paret tribulationes, ut cum tribulatus fuerit atque depressus, rursum speret, et spem super spem habeat. Quod si paululum tardaverint quae promissa sunt, not sit incredulus: Modicum enim parvulumque et venient quae promissa sunt. Etenim tribulatio patientiam operatur; patientia probationem: probatio spem; spes autem non confundit (Rom. V, 3, 4, 5). Et haec ipsa tribulatio geminabitur detractione 379 labiorum, et blasphemiis persequentium, quibus adversus Dei populum rabido ore desaeviunt.

por lo cual lo que solían decir jugando a los profetas: «Manda, remanda; manda, remanda: espera, reespera; espera, reespera: un poco allí, un poco allí», y burlarse de mi paciencia, cuando consideran que amenazo cosas que nunca he de hacer: sientan que se cumple con los hechos, para que vayan a la perdición, y caigan hacia atrás con un retroceso (opisthotono) incurable; y nunca aprovechen hacia las cosas anteriores, ni puedan decir con el Apóstol: «Olvidados de lo pasado, hacia lo que está delante nos extendemos» (Fil 3, 13); sino que sean quebrantados y enlazados, y ya sea por el ejército babilonio o por el romano sean capturados.

En lugar de lo que dijimos: «Manda, remanda; manda, remanda: espera, reespera; espera, reespera; un poco allí, un poco allí», en el hebreo está escrito así: SAU LASAU, 378 SAU LASAU; CAU LACAU, CAU LACAU: ZER SAM, ZER SAM; y de estas palabras suele abusar la herética más inmunda ante todos los simples y engañados, para infundir terror con la novedad de las palabras, a saber que quien conociere estas palabras, y en el coito de ellos se acordare, sin duda alguna pase a los reinos de los cielos. Leemos en el Apóstol: «En otras lenguas y en otros labios hablaré a este pueblo, y ni así me oirán, dice el Señor» (1 Cor 14, 21). Lo cual me parece, según el hebreo, tomado del presente capítulo; y esto hemos observado en el Antiguo Testamento (excepto unos pocos testimonios de los que Lucas solo abusa, quien más conocimiento tuvo de la lengua griega), que dondequiera que se dice algo del antiguo instrumento, no lo ponen según los Setenta, sino según el hebreo, no siguiendo la interpretación de nadie, sino vertiendo el sentido hebreo en su propio discurso. Símaco, Teodoción y los Setenta sintieron cosas diversas acerca de este lugar, y porque es largo hablar de todos, recorramos brevemente a los Setenta Intérpretes, que se leen en las Iglesias.

Rechazado el pueblo de los judíos, los Sacerdotes y los Profetas, que fueron embriagados con sicera, y erraron y la maldición devoró su consejo, que iniciaron por causa de la avaricia, ¿a quién anunciaremos las futuras tribulaciones por Cristo? ¿a quién los males para los cuales se prepara la corona de las virtudes? Ciertamente a estos que son ablactados de la leche, que fueron arrancados del pecho, lo cual sin duda significa a los apóstoles: «Tribulación sobre tribulación espera». Habla pues al coro de los apóstoles y de todos los creyentes, para que no a una, sino a muchas tribulaciones se prepare, para que cuando fuere atribulado y deprimido, de nuevo espere, y tenga esperanza sobre esperanza. Y si tardaren un poquito las cosas que fueron prometidas, no sea incrédulo: Pues en un poco y en un poquitito vendrán las cosas que fueron prometidas. «Pues la tribulación produce paciencia; la paciencia, la prueba; la prueba, la esperanza; pero la esperanza no confunde» (Rom 5, 3-5). Y esta misma tribulación se duplicará con la detracción 379 de los labios, y con las blasfemias de los perseguidores, con las cuales contra el pueblo de Dios con boca rabiosa se ensañan.

Porro apostoli et apostolici viri loquentur ad populum Judaeorum, dicentes: Haec est requies esurienti justitiam, et haec contritio et angustia quae ducit ad vitam. Illis haec praedicantibus, audire impii noluerunt. Unde hoc quod ad Dei populum dicebatur: Tribulationem sustine, tribulationem sustine; exspecta spem, exspecta spem: adhuc modicum, adhuc modicum, illis vertetur in poenam, qui audire sermonem Domini noluerunt, ut corruant et vadant retrorsum, et in periculum obsidionis ac mortis incurrant, et absque ullo miseriarum fine capiantur. Quod autem verbum Hebraicum DEA, quod omnes verterunt, scientiam, soli Septuaginta mala interpretati sunt, error perspicuus est. Prima enim littera DALETH, vel RES parvo apice distinguuntur. Si ergo legatur DEA (), scientiam sonat; si REA (), malitiam; non a malo, quod contrarium bono est, sed ab angustia.

(Vers. 14, 15.) Propter hoc audite verbum Domini, viri illusores, qui dominamini super populum meum, qui est in Jerusalem. Dixistis enim: Percussimus foedus cum morte, et cum inferno fecimus pactum: flagellum inundans cum transierit, non veniet super nos, quia posuimus mendacium spem nostram, et mendacio protecti sumus.

LXX: Propterea audite verbum Domini viri, tribulati et principes populi hujus, qui est in Jerusalem: Quia dixistis: Fecimus testamentum cum inferno, et cum morte pactum: tempestas transiens si irruerit, non veniet super nos, quoniam posuimus mendacium spem nostram, et mendacio protegemur.

Quod supra diximus cum irrisione solitos principes Judaeorum Prophetis dicere: Manda, remanda; exspecta, reexspecta, et caetera his similia, per quae ostenditur nequaquam eos Prophetarum credidisse sermonibus, sed prophetiam eorum habuisse despectui: praesens ostendit capitulum, per quod appellantur viri illusores. Sunt autem Scribae et Pharisaei qui dominantur super populum Dei in Jerusalem, quos LXX vocant viros tribulatos, et principes populi Jerusalem. Dixerunt enim non sermone, sed opere: Sumus sicut et caeterae nationes: habemus pactum et foedus cum inferno et cum morte: semel 380 salutem desperavimus. Certe captivitas longo post tempore ventura est, dicentibus vobis: Adhuc modicum, adhuc modicum: exspecta, rursus exspecta. Ergo cum mortui fuerimus, hoc flagellum captivitatis et hanc tempestatem non sentiemus. Semel enim mendacio credidimus, hoc est, frustra spem habuimus in Deo et in Lege ejus. Et ideo mendacio protecti sumus, quia mortui imminentem captivitatem declinavimus.

Además los apóstoles y los varones apostólicos hablarán al pueblo de los judíos, diciendo: «Este es el descanso para el hambriento» de justicia, «y este el quebrantamiento» y la angustia que conduce a la vida. Predicando ellos estas cosas, los impíos no quisieron oír. Por lo cual esto que se decía al pueblo de Dios: «Sostén la tribulación, sostén la tribulación; espera la esperanza, espera la esperanza: todavía un poco, todavía un poco», se les volverá en pena a aquellos que no quisieron oír la palabra del Señor, para que caigan y vayan hacia atrás, e incurran en el peligro del asedio y de la muerte, y sin fin alguno de miserias sean capturados. Pero que la palabra hebrea DEA, que todos vertieron «ciencia», solo los Setenta interpretaron «males», es un error manifiesto. Pues la primera letra DALETH o RES se distinguen por un pequeño ápice. Si pues se lee DEA, suena «ciencia»; si REA, «malicia» [o maldad]; no por el mal que es contrario al bien, sino por la angustia.

(Vers. 14, 15.) Por esto oíd la palabra del Señor, varones ilusores, que domináis sobre mi pueblo que está en Jerusalén. Pues dijisteis: Hemos herido un pacto con la muerte, y con el infierno hicimos un pacto: el azote inundante cuando pasare, no vendrá sobre nosotros, porque pusimos la mentira por esperanza nuestra, y con la mentira somos protegidos.

LXX: Por tanto oíd la palabra del Señor varones, atribulados y príncipes de este pueblo, que está en Jerusalén: Porque dijisteis: Hicimos un testamento con el infierno, y con la muerte un pacto: la tempestad que pasa si irrumpiere, no vendrá sobre nosotros, puesto que pusimos la mentira por esperanza nuestra, y con la mentira seremos protegidos.

Lo que arriba dijimos que con irrisión solían los príncipes de los judíos decir a los profetas: «Manda, remanda; espera, reespera», y las demás cosas semejantes a estas, por las cuales se muestra que de ningún modo creyeron a las palabras de los profetas, sino que tuvieron su profecía por desprecio: lo muestra el presente capítulo, por el cual son llamados «varones ilusores». Pues son los escribas y fariseos que dominan sobre el pueblo de Dios en Jerusalén, a quienes los Setenta llaman «varones atribulados» y «príncipes del pueblo de Jerusalén». Pues dijeron no con el discurso, sino con la obra: Somos como las demás naciones: tenemos pacto y alianza con el infierno y con la muerte: una 380 vez desesperamos de la salvación. Ciertamente la cautividad ha de venir mucho tiempo después, diciéndoos vosotros: «Todavía un poco, todavía un poco: espera, de nuevo espera». Por tanto, cuando hayamos muerto, este azote de la cautividad y esta tempestad no sentiremos. Pues una vez creímos a la mentira, esto es, en vano tuvimos esperanza en Dios y en su Ley. Y por eso con la mentira somos protegidos, porque muertos declinamos la inminente cautividad.

Verum Hebraicum SOT (), Aquila et Symmachus, flagellum, LXX tempestatem interpretati sunt; CHASAB () quoque omnes mendacium transtulerunt, in quo speraverunt Judaei, cujus juxta Evangelistam Joannem, pater est diabolus.

(Vers. 16 seqq.) Idcirco haec dicit Dominus Deus: Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem probatum, angularem, pretiosum, fundatum fundamine: qui crediderit, non festinet. Et ponam judicium in pondere, et justitiam in mensura: et subvertet grando spem mendacii, et protectionem aquae inundabunt. Et delebitur foedus vestrum cum morte, et pactum vestrum cum inferno non stabit; flagellum inundans cum transierit, eritis ei in conculcationem. Cum [Al. Quandocumque] pertransierit, tollet vos: quoniam mane diluculo transibit in die et in nocte, et tantummodo sola vexatio intellectum dabit auditui: Coangustatum est enim stratum, ita ut alter decidat: et pallium breve utrumque operire non potest.

LXX: Propterea sic dicit Dominus: Ecce ego immittam in fundamenta Sion lapidem pretiosum, electum, angularem, honorabilem in fundamenta ejus; et qui crediderit, non confundetur. Et ponam judicium in spem: misericordiam autem meam in pondere, et qui credunt frustra mendacio, quoniam non transibit per nos tempestas, et non auferet nobis testamentum mortis, et spes vestra ad infernum non permanebit. Tempestas veniens si transierit, eritis ei in conculcationem: cum transierit, tollet vos mane, mane pertransiet: die et nocte erit spes pessima. Discite audire qui estis in tribulatione: Non possumus pugnare, ipsi autem infirmi sumus ut congregemur.

Dixeram, inquit, vobis: Audite verbum Domini, viri illusores, sive tribulati principes populi mei, et nolite foedus habere cum morte, nec pactum cum inferno, qui contemnentes praecepta mea, posuistis mendacium spem nostram, et gloriantes, 381 immo desperantes dicitis: mendacio protegemur. Idcirco misericors et miserator Dominus, patiens et multum misericors (Ps. CXLIV), nolentibus vobis, in fundamenta Sion lapidem electum, et probatum, et pretiosum, et angularem missurum esse se dicit. De quo et Apostolus loquitur: Quasi sapiens architectus fundamentum posui (I Cor. III, 10); et iterum: Fundamentum enim aliud nemo potest ponere praeter id quod positum est, quod est Christus Jesus (Ibid., 11). Iste lapis vere et secundo appellatur lapis, sicut et in Levitico, homo, homo bis dicitur et angularis lapis, quia Circumcisionis et Gentium populos copulavit, de quo et in psalmo dicitur: Lapidem quem reprobaverunt aedificantes, hic factus est in caput anguli (Ps. CXVII, 22).

La palabra hebrea SOT, Aquila y Símaco interpretaron como «azote» (flagellum), los Setenta como «tempestad» (tempestatem); también CHASAB todos vertieron como «mentira» (mendacium), en la cual esperaron los judíos, de la cual según el evangelista Juan, el padre es el diablo.

(Vers. 16 sigs.) Por eso esto dice el Señor Dios: He aquí que yo enviaré en los fundamentos de Sion una piedra probada, angular, preciosa, fundada con fundamento: quien creyere, no se apresure. Y pondré el juicio en el peso, y la justicia en la medida: y subvertirá el granizo la esperanza de la mentira, y la protección las aguas inundarán. Y será borrado vuestro pacto con la muerte, y vuestro convenio con el infierno no permanecerá; el azote inundante cuando pasare, seréis para él en conculcación. Cuando quiera que pasare, os arrebatará: porque de mañana al alba pasará en el día y en la noche, y solamente la sola vejación dará el entendimiento al oído: Pues se ha estrechado el lecho, de modo que el otro caiga: y el palio breve a ambos cubrir no puede.

LXX: Por tanto así dice el Señor: He aquí yo enviaré a los fundamentos de Sion una piedra preciosa, elegida, angular, honorable en sus fundamentos; y quien creyere, no será confundido. Y pondré el juicio en la esperanza: pero mi misericordia en el peso, y los que creen en vano a la mentira, puesto que no pasará por nosotros la tempestad, y no nos quitará el testamento de la muerte, y vuestra esperanza en el infierno no permanecerá. La tempestad que viene si pasare, seréis para ella en conculcación: cuando pasare, os arrebatará mañana tras mañana, pasará: en el día y en la noche será la esperanza pésima. Aprended a oír los que estáis en tribulación: No podemos luchar, pero nosotros mismos somos débiles para ser congregados.

Había dicho, dice, a vosotros: Oíd la palabra del Señor, varones ilusores, o atribulados príncipes de mi pueblo, y no queráis tener pacto con la muerte, ni convenio con el infierno, vosotros que despreciando mis preceptos, pusisteis la mentira por esperanza vuestra, y gloriándoos, 381 más bien desesperando decís: «Con la mentira seremos protegidos». Por eso el misericordioso y compasivo Señor, paciente y de mucha misericordia (Sal 144), no queriendo vosotros, dice que enviará en los fundamentos de Sion una piedra elegida, y probada, y preciosa, y angular. De la cual también el Apóstol habla: «Como sabio arquitecto puse el fundamento» (1 Cor 3, 10); y de nuevo: «Pues nadie puede poner otro fundamento fuera del que ha sido puesto, el cual es Cristo Jesús» (Ibíd. 11). Esta piedra verdadera y por segunda vez se llama piedra, así como también en el Levítico «hombre, hombre» se dice dos veces; y es piedra angular, porque acopló a los pueblos de la Circuncisión y de las Gentes, de la cual también en el salmo se dice: «La piedra que reprobaron los edificadores, esta ha sido hecha en cabeza de ángulo» (Sal 117, 22).

Isti sunt autem aedificantes et caementarii, qui nunc appellantur viri illusores et principes populi qui est in Jerusalem. De hoc lapide et in Daniele legimus, quod excisus sit de monte sine manibus, et impleverit universum orbem (Dan. II): eo quod divini germinis dispensatio humanum corpus assumpserit, et habitaverit in eo plenitudo Divinitatis corporaliter. Super hunc lapidem, qui alio nomine appellatur petra, Christus aedificavit Ecclesiam, et firmo, juxta Hebraicum, fundavit fundamine, in quo qui crediderit, non confundetur, sive, juxta Hebraicum, non festinet: ne videlicet tardus ei Christi videatur adventus. Si enim tardaverit juxta Abacuc, nemo desperet: quia veniens veniet, et sua promissa complebit (Abac. II). Promittit quoque Deus ponere se in eo judicium ponderis: Neque enim judicat Pater quemquam, sed omne judicium tradidit Filio (Joan. V, 22). Et justitiam sive misericordiam in mensura, ut reddat unicuique secundum opera sua, et justitiam ac misericordiam alterutro temperet, juxta illud quod et in psalmis legimus: Misericordia et veritas obviaverunt sibi: justitia et pax deosculatae sunt se (Ps. LXXXIV, 11). Spem quoque ait vestram atque mendacium, id est, diabolum patrem omnis mendacii, suppliciorum meorum grando subvertet. Et protectionem, sub qua vos tutos fore arbitrabamini, tempestas valida et aquarum multitudo delebit, ita ut amicitia et foedus quod habebatis cum morte et cum inferno, hoc est, cum diabolo, pereat in aeternum. Et flagellum 382 sive tempestas, de quo dixeratis: Flagellum inundans cum transierit, non veniet super nos: veniet, et eritis ei in conculcationem, hoc est, omnia tormenta patiemini, quae vos putabatis desperationis animo nequaquam esse passuros. Semper enim irruet vobis, et tam in prosperis quam in adversis iram Domini sentietis, et mors vos saeva populabitur. Quid dicam de poenis? Poenarum sola formido et tormentorum metus vos corriget ad salutem, et mala vestra intelligere faciet. Cumque vexati fueritis, tunc scietis Prophetas meos vera dixisse. Quodque sequitur: Coangustatum est enim stratum, ita ut alter decidat, et pallium breve utrumque operire non potest, illum habet sensum quem in Apostolo legimus: Non potestis calicem Domini bibere, et calicem daemoniorum. Non potestis mensae Domini esse participes, et mensae idolorum (II Cor. X, 20, 21); et alibi: Quae participatio justitiae cum iniquitate? Quae societas luci ad tenebras? Quae conventio Christi ad Belial? Quae pars fideli cum infideli? Qui consensus templo Dei cum idolis (II Cor. VI, 14, 15)?

Pero estos son los edificadores y albañiles, que ahora son llamados varones ilusores y príncipes del pueblo que está en Jerusalén. De esta piedra también en Daniel leemos, que fue cortada del monte sin manos, y llenó el orbe entero (Dan 2): por cuanto la dispensación del germen divino asumió el cuerpo humano, y habitó en él la plenitud de la Divinidad corporalmente. Sobre esta piedra, que con otro nombre se llama peña (petra), Cristo edificó la Iglesia, y con firme fundamento, según el hebreo, la fundó, en el cual quien creyere «no será confundido», o, según el hebreo, «no se apresure»: para que a saber no le parezca tardío el advenimiento de Cristo. Pues si tardare según Habacuc, nadie desespere: porque viniendo vendrá, y sus promesas cumplirá (Hab 2). Promete también Dios que pondrá en él el «juicio del peso»: «Pues el Padre no juzga a nadie, sino que todo el juicio lo entregó al Hijo» (Jn 5, 22). Y la «justicia» o misericordia «en la medida», para que rinda a cada uno según sus obras, y temple la justicia y la misericordia una con otra, según aquello que también en los salmos leemos: «La misericordia y la verdad se encontraron: la justicia y la paz se besaron» (Sal 84, 11). Dice también que el granizo de mis suplicios subvertirá vuestra esperanza y la mentira, esto es, al diablo padre de toda mentira. Y la protección, bajo la cual vosotros pensabais que estaríais seguros, la tempestad válida y la multitud de las aguas borrará, de modo que la amistad y el pacto que teníais con la muerte y con el infierno, esto es, con el diablo, 382 perezca para siempre. Y el azote 382 o tempestad, del cual habíais dicho: «El azote inundante cuando pasare, no vendrá sobre nosotros»: vendrá, y seréis para él en conculcación, esto es, sufriréis todos los tormentos, que vosotros pensabais con ánimo de desesperación que de ningún modo habíais de sufrir. Pues siempre irrumpirá sobre vosotros, y tanto en lo próspero como en lo adverso sentiréis la ira del Señor, y la muerte saeva os asolará. ¿Qué diré de las penas? El solo temor de las penas y el miedo de los tormentos os corregirá para la salvación, y hará entender vuestros males. Y cuando hayáis sido vejados, entonces sabréis que mis Profetas dijeron cosas verdaderas. Y lo que sigue: «Pues se ha estrechado el lecho, de modo que el otro caiga, y el palio breve a ambos cubrir no puede», tiene aquel sentido que leemos en el Apóstol: «No podéis beber el cáliz del Señor y el cáliz de los demonios». No podéis ser partícipes de la mesa del Señor y de la mesa de los ídolos (1 Cor 10, 21); y en otra parte: «¿Qué participación tiene la justicia con la iniquidad? ¿Qué sociedad de la luz con las tinieblas? ¿Qué convención de Cristo con Belial? ¿Qué parte tiene el fiel con el infiel? ¿Qué consenso del templo de Dios con los ídolos» (2 Cor 6, 14-15)?

Loquitur autem sub metaphora mariti pudicissimi, qui adulterae dicit uxori: Unus lectulus me et adulterum tecum capere non potest, et pallium breve maritum et moechum cooperire non praevalet. O igitur Jerusalem, ad quam et in Ezechiel sub persona uxoris loquetur fornicantis (Ezech. XVI, 21), et quam in Osee principio scortum vocat et adulteram (Ose. III), si vis meis complexibus copulari, abjice idola: si servieris idolis, me habere non poteris. Hoc juxta Hebraicum. Porro quod in LXX legitur: Discite audire qui tribulati estis: non possumus pugnare, ipsi autem infirmi sumus ut congregemur, quem sensum habeat, et quomodo superioribus copuletur, penitus ignoro. Nisi forte ad principes populi loquatur sermo divinus, et hortetur eos, ut spem habeant in Deo, et non in morte atque inferno, et discant audire vaticinia prophetarum: illique respondeant se pro infirmitate virium adversus contrarias potestates pugnare non posse, nec inter Dei populum congregari.

(Vers. 21, 22.) Sicut enim in monte divisionum stabit Dominus, sicut in valle Gabaon irascetur, ut faciat opus suum, alienum opus ejus, ut operetur opus suum, peregrinum est opus ab eo. Et nunc nolite illudere: ne forte 383 constringantur vincula vestra. Consummationem enim et abbreviationem audivi a Domino Deo exercituum super universam terram.

LXX: Sicut mons impiorum consurget Dominus, et erit in valle Gabaon, cum furore faciet opera sua, amaritudinis opus et furor ejus quasi alienis abutetur: et aliena amaritudo ejus. Et vos nolite laetari, ne confortentur vincula vestra, quia consummatas et abbreviatas res audivi a Domino Deo Sabaoth, quas facturus est super omnem terram.

Lapidem pretiosum in fundamentis Sion positurum se Dominus repromisit, ut subverteret grando mendacium et impiorum spem; foedusque cum morte et pactum cum inferno tempestas valida deleret. Quem quia suscipere illusores principes noluerunt, sicut quondam contra Allophylos, regnante David, in monte divisionum, qui Hebraice appellabatur [Al. appellatur] PHARASIM (), Dominus concidit adversarios suos, unde et locus nomen accepit. Et sicut in valle Gabaon, sub Jesu principe, quando fiducia habitantis in se Dei locutus est: Stet sol in Gabaon, et luna contra vallem Aialon [Al. Elon] (Josue X, 12): et stetit sol spatio unius diei; multique de alienigenis perierunt: sic contra impios et illusores irascetur Dominus, ut faciat opus suum. Non est enim opus Domini perdere quos creavit; sed facere opus alienum, quod ad crudelitatem magis quam ad clementiam pertinet. Rursumque id ipsum aliis verbis repetit, ut operetur opus suum. Non est opus ejus punire peccantes, sed peregrinum, et alienum ab eo, ut puniat qui Salvator est.

Pues habla bajo la metáfora del marido pudicísimo, que dice a la mujer adúltera: Un solo lecho no puede contenernos a mí y al adúltero contigo, y un palio breve no prevalece para cubrir al marido y al mozo. Oh por tanto Jerusalén, a la cual también en Ezequiel bajo la persona de la mujer habla fornicaria (Ez 16, 21), y a la cual en el principio de Oseas llama ramera y adúltera (Os 3), si quieres ser acoplada en mis abrazos, arroja los ídolos: si sirvieres a los ídolos, no podrás tenerme. Esto según el hebreo. Además lo que en los Setenta se lee: «Aprended a oír los que estáis atribulados: no podemos luchar, pero nosotros mismos somos débiles para ser congregados», qué sentido tenga, y cómo se acople a lo superior, lo ignoro totalmente. A no ser que tal vez el discurso divino hable a los príncipes del pueblo, y los exhorte para que tengan esperanza en Dios, y no en la muerte y en el infierno, y aprendan a oír los vaticinios de los profetas: y ellos respondan que por la debilidad de sus fuerzas no pueden luchar contra las potestades contrarias, ni ser congregados entre el pueblo de Dios.

(Vers. 21, 22.) Pues como en el monte de las divisiones estará el Señor, como en el valle de Gabaón se airará, para hacer su obra, obra ajena la suya, para obrar su obra, peregrina es la obra de él. Y ahora no queráis ilusionar: no sea que 383 se aprieten vuestros vínculos. Pues la consumación y la abreviación oí del Señor Dios de los ejércitos sobre la tierra universal.

LXX: Como el monte de los impíos se levantará el Señor, y estará en el valle de Gabaón, con furor hará sus obras, obra de amargura y su furor como a ajenos abusará: y ajena la amargura de él. Y vosotros no queráis alegraros, no sea que se conforten vuestros vínculos, porque cosas consumadas y abreviadas oí del Señor Dios Sabaot, las cuales ha de hacer sobre toda la tierra.

Poner una piedra preciosa en los fundamentos de Sion el Señor prometió, para que subvirtiera el granizo la mentira y la esperanza de los impíos; y el pacto con la muerte y el convenio con el infierno la tempestad válida borrara. Al cual porque los príncipes ilusores no quisieron recibir, así como una vez contra los extranjeros (Allophylos), reinando David, en el monte de las divisiones, que en hebreo se llamaba PHARASIM, el Señor derribó a sus adversarios, de donde también el lugar tomó el nombre. Y así como en el valle de Gabaón, bajo el caudillo Josué, cuando con la confianza de Dios habitando en sí habló: «Detente sol en Gabaón, y la luna contra el valle de Ayalón» (Jos 10, 12): y se detuvo el sol por el espacio de un día; y muchos de los extranjeros perecieron: así contra los impíos e ilusores se airará el Señor, para hacer su obra. Pues no es obra del Señor perder a los que creó; sino hacer una obra ajena, que a la crueldad más que a la clemencia pertenece. Y de nuevo eso mismo con otras palabras repite, «para que obre su obra». No es obra suya castigar a los que pecan, sino peregrino, y ajeno de él, que castigue el que es Salvador.

Quoniam igitur de patientia sua resurrecturus est Dominus, et nequaquam parciturus: sicut non pepercit in monte Pharasim, et in valle Gabaon: moneo vos, o viri illusores, ut nequaquam rideatis de prophetis meis, et non putetis ventura quae nuntiant, ne si permanseritis in illudendo, constringantur vincula peccatorum vestrorum (Funibus enim peccatorum suorum unusquisque constringitur (Prov. V, 22), sive captivitatis vobis tempus adveniat. Siquidem quod Dominus tempore differebat vincula, captivitatem atque supplicia, sive ultimum judicii diem, jam rebus expleturus est, et consummaturus, et abbreviaturus. Itaque ego propheta quae a 384 Domino Deo omnipotente futura cognovi super universam terram, haec vobis nuntio, ut imminentem iram poenitentia praeveniatis.

Juxta LXX ipse Dominus quasi mons impiorum dicitur surrecturus et futurus in valle Gabaon, ut faciat opera sua, quae omnia unum opus est amaritudinis: quod nequaquam videatur esse blasphemum. Non enim dicit futurum Dominum montem impiorum, sed quasi montem, qui impiis et sustinentibus videatur esse gravissimus. Quomodo si filius negligens et alter aegrotus, patrem et medicum potent esse crudeles, si eos verberibus atque cauterio disciplinae restituant sanitati. Consurget enim Dominus et erit in valle Gabaon, propter eos qui cum ob peccata in humili consistant loco, propter tumorem animi eriguntur in superbiam. Gabaon enim, collis interpretatur: ut faciat opera sua quae sunt opera amaritudinis; quando cogitur mutare clementiam, et pro dulci, amarus efficitur. Igitur vos qui haec estis aliquando passuri, nunc nolite laetari illa laetitia qua gaudebat et dives in convivio purpuratus, et Lazarum pauperem negligens (Luc. XVI): ne forte fiant vestra vincula fortiora. Quae enim facturus est Dominus, et rebus suam sententiam completurus, haec ego et audivi, et vobis omnia nuntiavi. Quodque intulit: Supra omnem terram, juxta historiam, Judaeae terminos intellige; juxta anagogen, totius mundi.

(Vers. 23 seqq.) Auribus percipite et audite vocem meam: attendite et audite eloquium meum. Numquid tota die arabit arans ut serat, proscindet et sarriet humum suam? Nonne cum adaequaverit faciem ejus, seret gith, et cyminum sparget, et ponet triticum per ordinem, et hordeum, et milium, et viciam in finibus suis? Et erudiet illum in judicio; Deus suus docebit illum. Non enim in serris triturabitur gith, nec rota plaustri super cyminum circuibit; sed virga excutietur gith, et cyminum baculo: panis autem comminuetur.

Por cuanto por tanto de su paciencia ha de resurgir el Señor, y de ningún modo ha de perdonar: así como no perdonó en el monte Pharasim, y en el valle de Gabaón: os aviso, oh varones ilusores, que de ningún modo os riáis de mis profetas, y no penséis que no han de venir las cosas que anuncian, no sea que si permaneciereis en ilusionar, se aprieten los vínculos de vuestros pecados (Pues con las cuerdas de sus propios pecados cada uno es apretado [Prov 5, 22]), o llegue para vosotros el tiempo de la cautividad. Ya que lo que el Señor por tiempo difería los vínculos, la cautividad y los suplicios, o el último día del juicio, ya con los hechos ha de cumplir, y consumar, y abreviar. Por tanto yo el profeta, las cosas que de parte del 384 Señor Dios omnipotente conocí que habían de ser sobre la tierra universal, estas os anuncio, para que prevengáis la inminente ira con la penitencia.

Según los Setenta el mismo Señor como monte de los impíos se dice que ha de levantarse y ha de estar en el valle de Gabaón, para hacer sus obras, las cuales todas una sola obra es de amargura: lo cual de ningún modo parezca ser blasfemo. Pues no dice que ha de ser el Señor monte de los impíos, sino como monte, que a los impíos y a los que lo sostienen parezca ser gravísimo. Al modo de si un hijo negligente y otro enfermo, pensaran que el padre y el médico son crueles, si por los azotes y el cauterio de la disciplina los restituyen a la sanidad. Pues se levantará el Señor y estará en el valle de Gabaón, por causa de aquellos que aunque por los pecados consistan en lugar humilde, por el tumor del ánimo se erigen en soberbia. Pues Gabaón se interpreta como «colina»: para hacer sus obras que son obras de amargura; cuando es compelido a cambiar la clemencia, y en vez de dulce, se hace amargo. Por tanto vosotros que habéis de padecer estas cosas alguna vez, ahora no queráis alegraros con aquella alegría con que se alegraba también el rico purpurado en el convite, y neglegiendo al pobre Lázaro (Lc 16): no sea que tal vez se hagan vuestros vínculos más fuertes. Pues las cosas que ha de hacer el Señor, y con los hechos su sentencia ha de cumplir, estas yo oí, y os anuncié todas. Y lo que añadió: «Sobre toda la tierra», según la historia, entiende los términos de Judea; según la anagogía, de todo el mundo.

(Vers. 23 ss.) Percibid con los oídos y oíd mi voz; atended y oíd mi palabra. ¿Acaso todo el día arará el que ara para sembrar, y abrirá y escardará su tierra? ¿No es verdad que cuando haya igualado su superficie, sembrará la neguilla, y esparcirá el comino, y pondrá el trigo por orden, y la cebada, y el mijo, y la veza en sus términos? Y lo instruirá en el juicio; su Dios lo enseñará. Pues no se trillará con sierras la neguilla, ni la rueda del carro dará vueltas sobre el comino; sino que con vara se sacudirá la neguilla, y el comino con el báculo: pero el pan será desmenuzado.

Verum non in perpetuum triturans triturabit illum, neque vexabit eum rota plaustri, neque ungulis suis comminuet eum. Et hoc a Deo exercituum exivit, ut mirabile faceret consilium, et magnificaret justitiam. LXX: Auribus percipite et audite vocem meam: attendite et audite sermones meos. Numquid 385 tota die arabit qui arat, aut sementem praeparabit antequam praeparet terram? Numquid cum adaequaverit faciem ejus, tunc seminabit gith et cyminum, et rursum seminabit triticum, et hordeum, et milium, et far in finibus tuis, et erudieris judicio Dei, et laetaberis? Non enim cum duritia mundatur gith, neque rota plaustri circuit super cyminum; sed virga excutitur gith, et cyminum cum pane comeditur. Neque enim in sempiternum ego irascar vobis: nec vox amaritudinis meae conculcabit vos, et haec a Domino sunt egressa portenta. Inite consilium, exaltate vanam consolationem.

Ad eosdem nunc etiam loquitur, quibus supra dixerat: Audite verbum Dei, viri illusores, qui dominamini super populum meum qui est in Jerusalem: et praecipit eis, ut vocem ejus audiant, et eloquium illius diligenter attendant. Numquid, ait, agricola semper arabit, ut sementem jaciat? Nonne prius proscindet humum, et vomere sulcos revolvet, jacentesque glebas rastro franget et sarculo: ut cum adaequaverit superficiem terrae, et dura prius arva mollierit, tunc spargat gith, sive cyminum; seratque triticum, et hordeum, et milium, et far in finibus suis, juxta varietatem terrae et temporum: neque enim simul omnia seminantur. Pro farre quod Graeci *ζέαν* vocant, quidam viciam intelligunt. Ipsumque agricolam, id est, satorem erudit Deus naturaliter judicio suo, et docet illum ut sciat quam cui sementi culturam adhibeat. Denique cum metendi tempus advenerit, gith et cyminum, quae infirmiora sunt semina, non rotis plaustrorum teruntur, quae in serrarum similitudinem ferreae circumaguntur et trahuntur super demessas segetes; sed virga excutiuntur et baculo, quae vulgo flagella dicuntur.

Panis autem, id est, triticum de quo efficitur panis, rotis ferreis teritur, et omnis ejus stipula comminuitur in paleas. Verumtamen non semper vexatur et teritur, nec omni tempore rotarum ungulis comminuitur; pro quibus in Hebraico dicitur equis earum: ut quia ungulas rotarum dixerat, metaphoram servaret in reliquis. Quidam volunt ex eo quod ungulas et equos nominavit, ostendi equarum greges, qui ad terenda frumenta areis immitti soleant: sed non poterat Scriptura dicere, quod Judaea provincia non habebat. Hoc autem, id est, ut gith et cyminum virga excutiantur et baculo: frumentum hordeumque, et far, fortasse et milium, rotis ferreis conterantur, non in perpetuum Dei judicium est, qui in omnibus ostendit mirabile consilium suum, et justitiae magnitudinem monstrat in cunctis.

Pero no para siempre el que trilla lo trillará, ni lo vejará la rueda del carro, ni con sus pezuñas lo desmenuzará. Y esto salió del Dios de los ejércitos, para hacer admirable su consejo y magnificar la justicia. LXX: Percibid con los oídos y oíd mi voz; atended y oíd mis sermones. ¿Acaso todo el día arará el que ara, o preparará la simiente antes que prepare la tierra? ¿Acaso cuando haya igualado su superficie, entonces sembrará la neguilla y el comino, y de nuevo sembrará el trigo, y la cebada, y el mijo, y la escanda en tus términos, y serás instruido por el juicio de Dios, y te alegrarás? Pues no con dureza se limpia la neguilla, ni la rueda del carro da vueltas sobre el comino; sino que con vara se sacude la neguilla, y el comino con pan se come. Pues no para siempre me airaré con vosotros: ni la voz de mi amargura os pisoteará, y estas maravillas han salido del Señor. Tomad consejo, exaltad la vana consolación.

Ahora habla también a los mismos a quienes arriba había dicho: «Oíd la palabra de Dios, varones ilusores, que dominái sobre mi pueblo que está en Jerusalén»: y les manda que oigan su voz y atiendan diligentemente a su palabra. ¿Acaso, dice, siempre arará el agricultor para lanzar la simiente? ¿No es verdad que antes abrirá la tierra, y con el arado revolverá los surcos, y quebrará con el rastro y el escardillo los terrones que yacen: para que cuando haya igualado la superficie de la tierra, y ablandado los campos antes duros, entonces esparza la neguilla, o el comino; y siembre el trigo, y la cebada, y el mijo, y la escanda en sus términos, según la variedad de la tierra y de los tiempos: pues no todas las cosas se siembran al mismo tiempo. Por la escanda que los griegos llaman «zea», algunos entienden la veza. Y al mismo agricultor, es decir, al sembrador, Dios lo instruye naturalmente con su juicio, y le enseña para que sepa qué cultivo aplicar a qué simiente. Finalmente cuando haya llegado el tiempo de segar, la neguilla y el comino, que son simientes más débiles, no se trillan por las ruedas de los carros, las cuales a semejanza de sierras se hacen girar siendo de hierro y se arrastran sobre las mieses segadas; sino que con vara se sacuden y con báculo, los cuales vulgarmente se llaman flagelos.

Pero el pan, es decir, el trigo del cual se hace el pan, por ruedas de hierro se trilla, y toda su estipula es desmenuzada en pajas. No obstante no siempre es vejado y trillado, ni en todo tiempo por las pezuñas de las ruedas es desmenuzado; por las cuales en hebreo se dice «de sus caballos»: para que puesto que había dicho pezuñas de las ruedas, conservara la metáfora en lo restante. Algunos quieren por aquello de que nombró pezuñas y caballos, que se muestran las greyes de yeguas, que a trillar los trigos en las eras suelen ser enviadas: pero no podía la Escritura decir lo que la provincia de Judea no tenía. Pero esto, es decir, que la neguilla y el comino con vara sean sacudidos y con báculo: el trigo y la cebada, y la escanda, tal vez también el mijo, con ruedas de hierro sean triturados, no para siempre es el juicio de Dios, el cual en todas las cosas muestra su admirable consejo, y la magnitud de la justicia demuestra en todas.

Haec παραφραστικῶς diximus, ut facilius sensum pro quo ista dicuntur, possimus intelligere. Deus varie genus dispensat humanum, nunc punit, nunc miseretur: nunc corripit, nunc defendit; id est, nunc arat, nunc serit, nunc maturas fruges metit, et demessas in areis terit, orbemque suum gubernat ut voluerit. Gith et cyminum, id est, omnes gentes quae non receperunt ejus notitiam, nec Legis habuere praecepta, virga emendat et baculo: frumentum autem, id est, populum Judaeorum magnis torquebit suppliciis.

Cui enim plus creditur, plus exigetur ab eo. Et servant, qui scit voluntatem Domini sui, et non fecerit eam, vapulabit multis (Luc XII, 47); et in alio loco scriptum est: Potentes potenter tormenta patientur (Sap VI, 7). Verumtamen non eos torquebit in perpetuum.

Aliud enim est esse impium, aliud peccatorem. Quod nos de gentibus et Judaeis interpretati sumus, alii exponunt super populo et Sacerdotibus, quod vulgus indoctum in die judicii quasi gith et cyminum corripiatur virga et baculo; sacerdotes autem qui habuerunt clavem scientiae, magnis suppliciis torqueantur: et hoc Domini fiat judicio, qui ostendit in cunctis mirabile consilium suum et justitiae veritatem, ut qui plus acceperunt, plus exigetur ab eis. Pro eo quod nos interpretati sumus: in virga excutietur gith, et cyminum in baculo, nescio quid volentes LXX transtulerunt: cyminum autem cum pane comeditur. Denique et veteres Graeciae interpretes Hebraicum disserentes, de hoc sermone tacuerunt, quia forsitan quid dicerent non habebant. Illud autem in quo nos juxta Hebraicum posuimus: Verum non in perpetuum triturans triturabit illum, neque vexabit illum rota plaustri, nec ungulis suis comminuet eum, LXX non juxta verbum, sed juxta sensum interpretati sunt: Neque enim ego in sempiternum irascar vobis, nec vox amaritudinis meae conculcabit vos: ostendentes futura peccatoribus, post tormenta, refrigeria, et haec quasi portenta atque mirabilia egressa esse a Domino. Unde praecipitur peccatoribus qui postea puniendi sunt, ut ineant consilium, et exaltent consolationem suam, nequaquam vanam, ut a LXX additum est, sed absolute consolationem. Numquam enim Deus praeciperet, ut exaltarent vanam consolationem suam, quae eis non erat profutura.

Estas cosas hemos dicho parafrásticamente (*paraphrastikōs*), para que más fácilmente el sentido por el cual estas cosas se dicen, podamos entender. Dios de diversos modos dispensa al género humano: ahora castiga, ahora se compadece; ahora corrige, ahora defiende; es decir, ahora ara, ahora siembra, ahora las maduras mieses siega, y las segadas en las eras trilla, y su orbe gobierna como quisiere. La neguilla y el comino, es decir, todas las gentes que no recibieron la noticia de él, ni tuvieron los preceptos de la Ley, con vara enmienda y con báculo: pero al trigo, es decir, al pueblo de los judíos, con grandes suplicios atormentará.

Pues a quien más se le confía, más se le exigirá. Y el siervo que sabe la voluntad de su Señor, y no la hiciere, será azotado con muchos golpes (Lc 12, 47); y en otro lugar está escrito: «Los potentes potentemente padecerán tormentos» (Sab 6, 7). No obstante no los atormentará para siempre.

Pues una cosa es ser impío, otra ser pecador. Lo que nosotros sobre las gentes y los judíos hemos interpretado, otros lo exponen sobre el pueblo y los sacerdotes: que el vulgo indocto en el día del juicio como la neguilla y el comino sea corregido con vara y báculo; pero los sacerdotes que tuvieron la llave de la ciencia, con grandes suplicios sean atormentados: y esto se haga por el juicio del Señor, que muestra en todas las cosas su admirable consejo y la verdad de la justicia, para que de quienes más recibieron, más se les exija. Por lo que nosotros hemos interpretado: «con vara se sacudirá la neguilla, y el comino con el báculo», no sé qué queriendo los Setenta vertieron: «pero el comino con pan se come». Finalmente también los antiguos intérpretes de Grecia disertando sobre el hebreo, sobre este sermón callaron, porque tal vez no tenían qué decir. Pero aquello en que nosotros según el hebreo pusimos: «Pero no para siempre el que trilla lo trillará, ni lo vejará la rueda del carro, ni con sus pezuñas lo desmenuzará», los Setenta no según la palabra, sino según el sentido lo interpretaron: «Pues no para siempre yo me airaré con vosotros, ni la voz de mi amargura os pisoteará»: mostrando que habrá refrigerios para los pecadores después de los tormentos, y que estas cosas como portentos y maravillas han salido del Señor. Por lo cual se manda a los pecadores que después han de ser castigados, que tomen consejo, y exalten su consolación, de ningún modo «vana», como por los Setenta ha sido añadido, sino absolutamente consolación. Pues nunca Dios mandaría que exaltaran su vana consolación, la cual no les había de aprovechar.

(Cap. XXIX.---Vers. 1, seqq.) Vae Ariel, Ariel civitas, quam expugnavit David. Additus est annus ad annum, solemnitates evolutae sunt. Circumvallabo Ariel, et erit tristis et moerens; et erit mihi quasi Ariel. Et circumdabo quasi sphaeram in circuitu tuo, et jaciam contra te aggerem, et munimenta ponam in obsidionem tuam. Humiliaberis, de terra loqueris, et de humo audietur eloquium tuum, et erit quasi pythonis de terra vox tua, et de humo eloquium tuum mussitabit. Et erit sicut pulvis tenuis multitudo ventilantium te, et sicut favilla pertransiens multitudo eorum qui contra te praevaluerunt. Eritque repente confestim: a Domino exercituum visitabitur in tonitruo et commotione terrae, et voce magna turbinis et tempestatis, et flammae ignis devorantis. Et erit sicut somnium visionis nocturnae multitudo omnium gentium, quae dimicaverunt contra Ariel, et omnes qui militaverunt, et obsederunt, et praevaluerunt adversus eam. Sicut somniat esuriens et comedit, cum fuerit experrectus [Vulg. expergefactus], vacua est anima ejus; et sicut somniat sitiens et bibit, postquam evigilaverit [Vulg. fuerit expergefactus], lassus adhuc sitit, et anima ejus vacua est: sic erit multitudo omnium gentium quae dimicaverunt contra montem Sion.

LXX: Vae Ariel, Ariel civitas quam expugnavit David. Congregate genimina, annum super annum comedite, comedetis enim cum Moab: coangustabo enim Ariel, et erit fortitudo illius et divitiae mihi, et circumdabo sicut David super te: et mittam vallum in circuitu tuo, et ponam per gyrum tui turres, et humiliabuntur in terram sermones tui: et in terram occident verba tua. Et erit sicut loquentium de terra vox tua, et usque ad pavimentum vox tua infirmabitur. Et erunt sicut pulvis de rota divitiae impiorum: et sicut favilla quae rapitur, multitudo eorum qui te oppresserunt: eritque in puncto repente a Domino sabaoth. Visitatio enim erit cum tonitru, et commotione et voce magna, tempestas valida, et flamma ignis devorans. Et erunt quomodo videntis somnium in nocte, multitudo omnium gentium quotquot militaverunt contra Ariel, et omnes qui militaverunt contra Jerusalem, et omnes qui congregaverunt se adversus eam et coangustaverunt eam: et quomodo somniantes in somno qui comedunt, et surgentes somnium vanum est; et quemadmodum sitiens somniat quasi bibat, et surgens adhuc sitit, et anima ejus vana speravit: sic erit multitudo omnium gentium quotquot militaverunt contra montem Sion.

(Cap. XXIX. — Vers. 1, ss.) «¡Ay de Ariel, Ariel la ciudad que expugnó David! Se ha añadido año tras año, las solemnidades han pasado. Rodearé a Ariel, y estará triste y doliente; y será para mí como Ariel. Y te rodearé como una esfera en tu circuito, y lanzaré contra ti un terraplén, y pondré baluartes para tu asedio. Serás humillada, desde la tierra hablarás, y desde el suelo se oirá tu elocución, y será como de un pitón desde la tierra tu voz, y desde el suelo tu elocución musitará. Y será como polvo menudo la multitud de los que te aventan, y como tamo que pasa la multitud de aquellos que contra ti prevalecieron. Y será de repente, en un punto: por el Señor de los ejércitos será visitada con trueno y conmoción de la tierra, y con gran voz de torbellino y tempestad, y llama de fuego devorador. Y será como un sueño de visión nocturna la multitud de todas las gentes que combatieron contra Ariel, y todos los que militaron, y asediaron, y prevalecieron contra ella. Como sueña el hambriento y come, mas cuando hubiere despertado, vacía está su alma; y como sueña el sediento y bebe, después que hubiere despertado, cansado todavía tiene sed, y su alma está vacía: así será la multitud de todas las gentes que combatieron contra el monte Sión».

LXX: «¡Ay de Ariel, Ariel la ciudad que expugnó David! Congregad los frutos, comed año tras año, pues comeréis con Moab: pues angustiaré a Ariel, y su fortaleza y riquezas serán para mí, y la rodearé como David sobre ti: y enviaré un vallado en tu circuito, y pondré en derredor tuyo torres, y se humillarán en la tierra tus sermones: y en la tierra se hundirán tus palabras. Y será como de los que hablan desde la tierra tu voz, y hasta el pavimento tu voz se debilitará. Y serán como polvo de rueda las riquezas de los impíos: y como tamo que es arrebatado, la multitud de los que te oprimieron: y será en un punto de repente por el Señor de los ejércitos. Pues la visitación será con trueno, y conmoción y gran voz, tempestad válida, y llama de fuego devorador. Y serán como quien ve un sueño en la noche, la multitud de todas las gentes cuantas combatieron contra Ariel, y todos aquellos que combatieron contra Jerusalén, y todos los que se congregaron contra ella y la angustiaron: y como los que sueñan en el sueño que comen, y habiéndose levantado el sueño es vano; y de qué modo el que tiene sed sueña como si bebiese, y habiéndose levantado todavía tiene sed, y su alma ha esperado en vano: así será la multitud de todas las gentes cuantas combatieron contra el monte Sión».

Ariel interpretatur Leo Dei, sive Altare Dei, quod et ipsum in aedificatione Templi Ariel appellatur (Ezech. XLIII). Refertur autem ad Jerusalem, quam expugnaverat quondam David, contra Jebusaeos dimicans, et quae Visio pacis vocabatur. Dicit autem: Vae Altari Dei, quia in eo offerebantur victimae quae typi erant et figurae futurae victimae, quam Judaei recipere noluerunt. Sive: Vae Leoni Dei, qui quondam fortissimus fuerat et contra omnes gentes praevaluerat, nunc autem a Romanis obsidetur. Et idcirco additur: Additus est annus ad annum, solemnitates evolutae sunt. Post passionem enim Domini, completis quadraginta duobus annis, venit exercitus Romanus, et cepit civitatem tristem et moerentem, quae prius fuerat Ariel, id est, Altare sive Leo Dei. Et circumdata est quasi sphaera, quam Graeci σφαῖραν vocant, circuitu exercitus Romani. Et jaciam, inquit, contra te aggerem, et munimenta ponam in obsidionem tuam. Hoc fecit Titus, ut Josephus in historia captivitatis Judaicae scribit. Humiliaberis, inquit, de terra loqueris. Post eversionem enim Templi et civitatis, non habent sermonem Dei, nec coelestia loquuntur, sed de humo eloquium eorum mussitat; et in modum eorum qui pythones vocantur, tenui et humili voce loquuntur.

Et comparat multitudinem hostium pulveri tenui et favillae pertranseunti, dicitque civitatem visitandam a Domino exercituum in tonitruo et commotione terrae, et in flamma ignis devorantis, quia igni civitas exusta est. Comparatque multitudinem omnium gentium quae dimicaverunt contra Ariel, somnio visionis nocturnae. Cum enim deletae fuerint, visum fuerit fuisse somnium; aut certe, quomodo in somnis qui esurit, putat se comedere, et qui sitit, putat se bibere, experrectus autem eamdem famem sentit et sitim: sic gentes quae dimicaverunt contra montem Sion et Jerusalem, et devoraverunt ac biberunt sanguinem Judaeorum, cum venerint ad judicium Dei, invenient vacuam esse animam suam, et punientur pro eo ipso quod fieri putabant quasi ex praecepto Dei.

(Vers. 9 seqq.) Obstupescite et admiramini: fluctuate et vacillate, inebriamini, et non a vino, movemini, et non ebrietate. Quoniam miscuit vobis Dominus spiritum soporis: claudet oculos vestros, prophetas et principes vestros qui vident visiones, operiet. Et erit vobis visio omnium sicut verba libri signati, quem cum dederint scienti litteras, dicent: lege istum, et respondebit, non possum: signatus enim est. Et dabitur liber nescienti litteras, diceturque ei, lege: et respondebit, nescio litteras.

Ariel se interpreta como «León de Dios», o «Altar de Dios», el cual también se llama *Ariel* en la edificación del Templo (Ez 43, 15). Se refiere a Jerusalén, la cual David en otro tiempo tomó luchando contra los jebuseos, y la cual también se llamaba «Visión de Paz» (*Visio Pacis*). Dice: «Ay del Altar de Dios», porque sobre él se ofrecían las víctimas que eran tipo y figuras de la futura víctima, la cual los judíos no quisieron recibir. O «Ay del León de Dios», que antes era fortísimo y había prevalecido contra todas las naciones, pero ahora es asediado por los romanos. Y por esto se añade: «Se ha añadido año tras año, las solemnidades han pasado». Pues después de la pasión del Señor, cumplidos cuarenta y dos años, vino el ejército romano, y tomó la ciudad «triste y doliente», la cual antes había sido «Ariel», esto es, «Altar» o «León de Dios». Y fue rodeada «como una esfera», lo que los griegos llaman *sphaira* (σφαῖra), por el circuito del ejército romano. «Y lanzaré —dice— contra ti un terraplén, y pondré baluartes para tu asedio». Esto lo hizo Tito, como escribe Josefo en la historia de la cautividad judaica. «Serás humillada —dice—, desde la tierra hablarás». Pues después de la destrucción del Templo y de la ciudad, no tienen palabra de Dios, ni hablan cosas celestiales, sino que su elocución musita desde el suelo; y al modo de aquellos que se llaman *pitones*, con voz delgada y baja hablan.

Y compara la multitud de los enemigos al «polvo menudo» y al «tamo que pasa», y dice que la ciudad será visitada «por el Señor de los ejércitos con trueno y conmoción de la tierra», y en «llama de fuego devorador», porque la ciudad fue quemada por el fuego. Y compara la multitud de todas las gentes que combatieron contra Ariel con el «sueño de visión nocturna». Pues cuando hayan sido destruidos, parecerá haber sido un sueño; o ciertamente, así como en el sueño el que tiene hambre piensa que come, y el que tiene sed piensa que bebe, mas habiéndose despertado todavía siente la misma hambre y sed: así las gentes que combatieron contra el monte Sión y Jerusalén, y devoraron y bebieron la sangre de los judíos, cuando lleguen al juicio de Dios, hallarán que su alma está vacía, y serán castigados por aquello mismo que pensaban que hacían como por mandato de Dios.

(Vers. 9 ss.) «Pasmaos y admiraos: fluctuad y vacilad, embriagaos, y no de vino, moveos, y no de ebriedad. Porque mezcló para vosotros el Señor espíritu de sopor: cerrará vuestros ojos, a vuestros profetas y vuestros príncipes que ven visiones, cubrirá. Y será para vosotros la visión de todas las cosas como palabras de un libro sellado, el cual cuando dieren a quien sabe letras, dirán: lee este, y responderá: no puedo, pues sellado está. Y se dará el libro al que no sabe letras, y se le dirá: lee, y responderá: no sé letras».

Pro soporis spiritu, LXX, compunctionem: Theodotio, mentis excessum: Aquila, καταφορὰν, id est, gravem somnum interpretatus est; qui Hebraice dicitur THARDEMA (), quem in Adam missum a Deo Scriptura commemorat (Genes. II), quando de costa lateris ejus mulier effecta est. Et Jonas hoc eodem somno stertebat in navi (Jon. I). Omnis autem prophetia post subversionem Jerusalem et templi, id est, Ariel contra scribas et pharisaeos est, qui habentes clavem scientiae, nec ipsi introeunt, nec volentes alios introire permittunt. Et praecipitur eis, ut stupore atque miraculo, immo juxta Septuaginta dissolutione totius corporis et mentis excessu inebrientur, atque moveantur et fluctuent: vacillantes non vino nec sicera, sed spiritu soporis, sive compunctionis Domini, ut intelligentes malum suum, agant aliquando poenitentiam, dicantque cum propheta: Versatus sum in infirmitate, dum configitur mihi spina (Ps. XXXI, 4). Scitote ergo, o scribae et pharisaei, qui estis principes Judaeorum, quod reddat vobis Dominus vicissitudinem vestram. Vos enim audientes Dominum Salvatorem, intelligere noluistis, et clausistis oculos vestros, ne eum videretis, et aures aggravastis, ne audiretis. Ideo et ille claudet oculos vestros, qui sunt prophetae, per quos scientiam Dei videbatis. Sive vestros oculos claudet et prophetarum, qui sunt principes vestri. Lex enim et prophetae usque ad Joannem Baptistam (Luc. XVI): ut vobis non videntibus, illi videant, de quibus inferior sermo (Ad vers. 18) testatur.

Omnis autem prophetia, inquit, erit vobis sicut verba libri signati. Scribis et pharisaeis, qui litteras Legis scire videntur, prophetarum liber et Legis est clausus: et si dicitur eis, Lege, respondent: Non possumus legere, signatus est enim. Hoc non de membrana physica et voluminibus librorum dicitur, sed de sensu interno et occultis mysteriis, quae videre non valent. Vulgo quoque et indoctis, qui litteras nesciunt, si legendus detur liber, respondent: Litteras nescimus. Ambi igitur in errore sunt: et magistri, quia scientia litterarum superbiunt et eis liber signatus est; et discipuli, quia litteras nesciunt, et legere nequeunt quae acceperunt. Sive certe sic potest intelligi: ut Judaei Scripturarum non habeant scientiam, et gentes quae indoctae sunt et sine Lege, si jubeantur legere Legem Domini, dicant se nescire litteras Legis. Postea autem demonstrabit, quod caecorum oculi debeant videre, et surdorum aures audire, et indocti litterarum scientiam nosse.

(Vers. 13, 14). Et dixit Dominus: Pro eo quod appropinquat populus iste ore suo, et labiis suis glorificat me; cor autem ejus longe est a me, et timuerunt me mandato hominum, et doctrinis. Ideo ecce ego addam ut admirationem faciam populo huic miraculo grandi et stupendo: peribit enim sapientia a sapientibus ejus, et intellectus prudentium illius abscondetur.

Por «espíritu de sopor», los Setenta vertieron «compunción»; Teodoción, «éxtasis de la mente»; Aquila interpretó *kataphorán* (καταφορὰν), esto es, «sueño pesado», el cual en hebreo se dice *THARDEMA* (מהדתר), el cual en Adán enviado por Dios la Escritura conmemora (Gén 2), cuando de la costilla de su costado fue hecha la mujer. Y Jonás roncaba con este mismo sueño en la nave (Jon 1). Mas toda profecía después de la subversión de Jerusalén y del Templo, esto es, de Ariel, es contra los escribas y fariseos, los cuales teniendo la llave de la ciencia, ni ellos entran, ni permiten entrar a los que quieren. Y se les manda que con estupor y milagro, o más bien según los Setenta con la disolución de todo el cuerpo y éxtasis de la mente se embriaguen, y se muevan y fluctúen: vacilantes no por el vino ni por la sicera, sino por el espíritu de sopor, o de compunción del Señor, para que entendiendo su mal, hagan alguna vez penitencia, y digan con el profeta: «He sido vuelto en mi enfermedad, mientras se me clava la espina» (Sal 31, 4). Sabed pues, oh escribas y fariseos, que sois los príncipes de los judíos, que os devolverá el Señor vuestra reciprocidad. Pues vosotros oyendo al Señor Salvador, no quisisteis entender, y cerrasteis vuestros ojos para no verlo, y agravasteis vuestros oídos para no oír. Por eso también él cerrará vuestros ojos, que son los profetas, por los cuales veíais la ciencia de Dios. O cerrará vuestros ojos y los de los profetas, que son vuestros príncipes. Pues «la Ley y los Profetas hasta Juan el Bautista» (Lc 16, 16): para que no viendo vosotros, vean aquellos de quienes el sermón inferior (Ad vers. 18) testifica.

«Y toda profecía —dice— será para vosotros como las palabras de un libro sellado». Para los escribas y fariseos, que parecen saber las letras de la Ley, el libro de los Profetas y de la Ley está sellado: y si se les dice: «Lee», responden: «No podemos leer, pues está sellado». Esto no se dice del pergamino físico y del volumen de los libros, sino del sentido interno y de los misterios ocultos, los cuales no son capaces de ver. Al pueblo también y a los indoctos, que no saben letras, si se les da el libro para leer, responden: «No sabemos letras». Por tanto ambos están en el error: tanto los maestros, porque se enorgullecen de la ciencia de las letras y el libro les está sellado; como los discípulos, porque no saben las letras, y no pueden leer lo que recibieron. O ciertamente puede entenderse de este modo: que los judíos no tienen la ciencia de las Escrituras, y las gentes, que son indoctas y sin Ley, si se les manda leer la Ley del Señor, dicen que no saben las letras de la Ley. Pero después mostrará que los ojos de los ciegos han de ver, y los oídos de los sordos han de oír, y los indoctos han de saber la ciencia de las letras.

(Vers. 13, 14). «Y dijo el Señor: Por cuanto se acerca este pueblo con su boca, y con sus labios me glorifican; mas su corazón lejos está de mí, y me temieron por el mandato de hombres, y por doctrinas. Por tanto, he aquí que yo añadiré para hacer una admiración a este pueblo con un milagro grande y estupendo: pues perecerá la sabiduría de sus sabios, y el entendimiento de sus prudentes se esconderá».

LXX: Et ait Dominus: Appropinquat mihi populus iste ore suo, et labiis suis honorat me; cor autem ejus longe est a me: frustra colunt me, docentes hominum praecepta atque doctrinas. Propterea ecce adjiciam ut transferam populum istum: transferam enim illos, et perdam sapientiam sapientium, et intellectum prudentium abscondam.

Hoc testimonio abusus est Dominus contra Pharisaeos in Evangelio Matthaei, dicens: Quare et vos praeteritis mandatum Dei propter traditiones vestras (Matth. XXV, 5). Et iterum: Hypocritae, bene prophetavit de vobis Isaias, dicens: Populus iste labiis me honorat, cor autem ejus longe est a me. Frustra autem colunt me docentes doctrinas et praecepta hominum (Ibid., 6-9). In quo notare debemus illud quod plerumque admonuimus, Evangelistas et Apostolos, non verbum interpretatos esse de verbo; nec LXX Interpretum auctoritatem secutos, quorum editio illo jam tempore legebatur; sed quasi Hebraeos et instructos in Lege, absque damno sensuum suis usos esse sermonibus. Appropinquat autem populus Judaeorum ore et labiis suis Deo; quia unius Dei cultum habere se gloriatur et respuere idola; sed cor ejus longe est ab eo, quia non recipit Dominum Jesum Christum. Qui enim non recipit Filium, non recipit Patrem. Simulque discamus quomodo aliquis appropinquet Deo, vel longe fiat ab eo. Qui et per Jeremiam loquitur: Deus appropinquans ego, et non de longe dicit Dominus (Jer. XXIII, 23, secundum LXX). Appropinquamus autem Deo mente, non corpore; sicut et de Moyse legimus: Appropinquavit Moyses solus ad Deum: caeteri autem non appropinquabant (Exod. XXIV, 2). Orabat enim Deum in spiritu et veritate, et in profundo cordis ei junctus erat. Hi autem qui mandato hominum Deum colunt, et non praeceptis Dei, longe ab eo cor habent. Et idcirco auferet Deus sapientiam a sapientibus, et intellectum prudentium abscondet, quia praetulerunt traditiones hominum mandato Dei. Hoc et haereticis accidit, qui doctrinas hominum sequuntur et non verbum Dei.

(Vers. 15, 16.) Vae qui profundi estis corde, ut a Domino abscondatis consilium, quorum sunt in tenebris opera, et dicunt: Quis videt nos, et quis novit nos? Perversa est haec vestra cogitatio, quasi si lutum contra figulum cogitet, et dicat opus factori suo: non fecisti me; et figmentum dicat fictori suo: non intelligis.

LXX: Vae qui profundum consilium faciunt, et erunt in tenebris opera eorum, et dicunt: Quis videt nos? quis sciet nos, et quae nos facimus? nonne ut lutum figuli reputabimini? Numquid dicet factura factori suo, non sapienter me fecisti, aut figmentum fictori suo, non tu me fecisti?

LXX: «Y dijo el Señor: Se acerca a mí este pueblo con su boca, y con sus labios me honran; mas su corazón lejos está de mí: en vano me dan culto, enseñando preceptos de hombres y doctrinas. Por tanto, he aquí que yo añadiré que trasladaré a este pueblo: pues los trasladaré, y perderé la sabiduría de los sabios, y el entendimiento de los prudentes esconderé».

De este testimonio usó el Señor contra los fariseos en el Evangelio de Mateo, diciendo: «¿Por qué también vosotros traspasáis el mandato de Dios por vuestras tradiciones?» (Mt 15, 3). Y de nuevo: «Hipócritas, bien profetizó de vosotros Isaías, diciendo: Este pueblo con los labios me honra, mas su corazón lejos está de mí. Mas en vano me dan culto enseñando doctrinas y preceptos de hombres» (Ibíd., 7-9). En lo cual debemos notar aquello que frecuentemente hemos advertido, que los Evangelistas y los Apóstoles no interpretaron palabra por palabra; ni siguieron la autoridad de los Setenta Intérpretes, cuya edición ya en aquel tiempo se leía; sino que como hebreos e instruidos en la Ley, sin daño de los sentidos usaron sus propias palabras. Mas se acerca el pueblo de los judíos con su boca y con sus labios a Dios; porque se gloría de tener el culto de un solo Dios y de rechazar los ídolos; mas su corazón está lejos de él, porque no recibe al Señor Jesucristo. Pues quien no recibe al Hijo, no recibe al Padre. Y al mismo tiempo aprendamos de qué modo alguien se acerca a Dios, o se hace lejos de él. El cual también por Jeremías habla: «¿Soy yo Dios que se acerca, y no de lejos?, dice el Señor» (Jer 23, 23, según los LXX). Mas nos acercamos a Dios con la mente, no con el cuerpo; como también de Moisés leemos: «Se acercó Moisés solo a Dios: mas los demás no se acercaban» (Éx 24, 2). Pues oraba a Dios en espíritu y verdad, y en lo profundo del corazón estaba unido a él. Mas aquellos que dan culto a Dios por las tradiciones de hombres, y no por los preceptos de Dios, tienen el corazón lejos de él. Y por tanto Dios quitará la sabiduría de los sabios, y esconderá el entendimiento de los prudentes, porque prefirieron las tradiciones de hombres al mandato de Dios. Esto también sucede a los heréticos, que siguen las doctrinas de hombres y no la palabra de Dios.

(Vers. 15, 16.) «¡Ay de vosotros que sois profundos de corazón, para que al Señor ocultéis el consejo, cuyas obras están en tinieblas, y dicen: ¿Quién nos ve?, y ¿quién nos conoce? Perversa es esta vuestra cogitación, como si el lodo contra el alfarero cogitase, y dijese la obra a su hacedor: no me hiciste; y la cosa formada dijese a su formador: no entiendes».

LXX: «¡Ay de los que hacen profundo el consejo, y estarán en tinieblas sus obras, y dicen: ¿Quién nos ve?, ¿quién nos conocerá, y qué cosas hacemos? ¿No seréis reputados como lodo de alfarero? ¿Acaso dirá la hechura a su hacedor: no me hiciste sabiamente, o la cosa formada a su formador: no tú me hiciste?»

Adversum eosdem de quibus supra dixerat, perdam sapientiam sapientium, et intelligentiam prudentium reprobabo, sive ut propheta scribit, abscondam: nunc etiam Dei sermo dirigitur, qui sapientes sunt in semetipsis, et in conspectu suo prudentes. De quibus rectissime illud intelligi potest: Defecerunt scrutantes scrutinio (Psal. LXIII); cum scriptum sit de Dei sapientia: Si enim quis perfectus fuerit in filiis hominum absque tua sapientia, in nihil reputabitur (Sap. III). Qui idcirco arbitrantur Deum sua nescire consilia, quia in tenebris sunt opera eorum, et dicunt: Quis videt nos? et quis novi nos? Haec autem dicunt et sapientes hujus saeculi, et haereticorum magistri, et Judaeorum Pharisaei, quod nullus eos intelligat; non recordantes ejus quod ad Deum dicitur: Tenebrae non obscurabuntur a te: et nox sicut dies illuminabitur (Psal. CXXXVIII, 12). Et: Sicut tenebrae ejus, ita et lux ejus (Genes. III). Hoc errore decepti Adam et Eva, audientes sonitum pedum deambulantis in paradiso Dei, absconderunt se sub arbore, in qua erat scientia boni et mali; ac Cain quoque dicens: Si ejicis me hodie a facie tua, abscondar (Gen. IV, 14), simili stultitia Deum arbitratus est ignorare. Et per Amos de impiis et peccatoribus dicitur: Si absconderint se ab oculis meis in profundo maris: ibi mandabo draconi, e mordebit eos (Amos. IX, 3.).

Unde quamvis aliquis sapiens sit et ferventioris ingenii, si non habuerit Dei sapientiam atque doctrinam, dicamus de eo: Nis Dominus aedificaverit domum, in vanum laboraverum qui aedificant eam. Nisi Dominus custodierit civitatem, in vanum vigilabit qui custodit eam (Ps. XII, 1 et 2). Cui nos faciamus simile: Nisi Dominus adjuverit scientiam, in vanum laborat qui se putat esse sapientem. Nisi Dominus omni custodia servaverit cor nostrum, in vanum vigilat qui putat illud sua diligentia posse servari. Perversa est, inquit, haec vestra cogitatio, ut factorem putetis nescire quod fecit, et Creatorem ignorare creaturam suam, quasi si lutum et opus dicat figulo et factori suo, non me fecisti, vel non me bene fecisti, nec intelligis facturam tuam. Hoc testimonio aliis verbis Apostolus utitur ad Romanos ubi de Dei profunda scientia disputat, et hominum vult calumniam confutare: O homo, tu quis es qui respondeas Deo? Numquid dicit figmentum fictori suo, quare me fecisti sic? An non habet potestatem figulus de eodem luto aliud vas facere in honorem, aliud in contumeliam (Rom. IX, 20, 21). In quibus cunctis illa semper observanda est regula: Evangelistas et Apostolos absque damno sensuum interpretatos in Graecum ex Hebraeo, ut sibi visum fuerit.

Contra los mismos de quienes arriba había dicho: «perderé la sabiduría de los sabios, y la inteligencia de los prudentes reprobaré», o como el profeta escribe: «esconderé»: ahora también se dirige la palabra de Dios, los cuales son sabios en sí mismos, y ante su vista prudentes. De los cuales rectísimamente aquello puede entenderse: «Defallecieron escudriñando con escrutinio» (Sal 63, 7); habiendo sido escrito sobre la sabiduría de Dios: «Pues si alguien fuere perfecto entre los hijos de los hombres sin tu sabiduría, en nada será reputado» (Sab 9, 6). Los cuales por eso arbitran que Dios no conoce sus consejos, porque en tinieblas están sus obras, y dicen: «¿Quién nos ve?, ¿quién nos conoce?». Mas estas cosas las dicen tanto los sabios de este siglo, como los maestros de los heréticos, y los fariseos de los judíos, que nadie los entiende; no recordando aquello que a Dios se dice: «Las tinieblas no se oscurecerán por ti: y la noche como el día se iluminará» (Sal 138, 12). Y: «Como sus tinieblas, así también su luz» (Gén 3?). De este error engañados Adán y Eva, oyendo el sonido de los pies de Dios que deambulaba en el paraíso, se escondieron bajo el árbol, en el cual estaba la ciencia del bien y del mal; y Caín también diciendo: «Si me echas hoy de tu faz, me esconderé» (Gén 4, 14), con semejante estulticia arbitró que Dios ignoraba. Y por Amós sobre los impíos y pecadores se dice: «Si se escondieren de mis ojos en lo profundo del mar: allí mandaré al dragón, y los morderá» (Amós 9, 3).

Por lo cual, aunque alguien sea sabio y de ingenio más ferviente, si no tuviere la sabiduría y doctrina de Dios, digamos de él: «Si el Señor no edificare la casa, en vano trabajaron los que la edifican. Si el Señor no guardare la ciudad, en vano vigilará quien la guarda» (Sal 126, 1-2). A lo cual nosotros hagamos algo semejante: Si el Señor no ayudare a la ciencia, en vano trabaja quien se piensa ser sabio. Si el Señor con toda custodia no guardare nuestro corazón, en vano vigila quien piensa que aquel puede ser guardado por su propia diligencia. «Perversa es», dice, «esta vuestra cogitación», para que penséis que el hacedor ignora lo que hizo, y que el Creador desconoce su criatura, como si el lodo y la obra dijesen al alfarero y a su hacedor, no me hiciste, o no me hiciste bien, ni entiendes tu hechura. De este testimonio usa el Apóstol con otras palabras a los Romanos, donde disputa sobre la profunda ciencia de Dios, y quiere confutar la calumnia de los hombres: «Oh hombre, ¿quién eres tú para que respondas a Dios? ¿Acaso dice la cosa formada a su formador: por qué me hiciste así? ¿O no tiene potestad el alfarero de la misma masa de lodo de hacer un vaso para honor, y otro para contumelia?» (Rom. 9, 20-21). En todas las cuales cosas siempre debe observarse aquella regla: que los Evangelistas y Apóstoles interpretaron al griego desde el hebreo como les pareció bien, sin pérdida de los sentidos.

(Vers. 17 seqq.) Nonne adhuc in modico et in brevi convertetur Libanus in Charmel: et Charmel in saltum reputabitur? Et audient in die illa surdi verba libri; et de tenebris et caligine oculi caecorum videbunt. Et addent mites in Domino laetitiam: et pauperes homines in Sancto Israel exsultabunt: quoniam defecit qui praevalebat. Consummatus est illusor: et succisi sunt omnes, qui vigilabant super iniquitatem. Qui peccare faciebant homines in verbo, et arguentem in porta supplantabant; et declinaverunt frustra a justo.

Respondeant Judaei et amici simplicis tantum historiae, qui fructus non quaerunt in arbore, sed folia tantum umbramque verborum, quae cito arescit et deperit, quomodo in adventu Domini Salvatoris (quia a temporibus Isaiae usque ad dispensationem carnis assumptae, pro comparatione aeternitatis breve et modicum temporis spatium est) Libanus mons Phoenicis versus sit atque translatus in montem Carmelum? qui Hebraice CHERMEL () dicitur; et in confinio Palestinae atque Phoenicis Ptolemaidi imminens: licet et alius in Scripturis sanctis mons Carmelus appelletur, in quo fuit Nabal Carmelius (I Reg. XXV), homo stultus et iniquus, qui uxorem habuit Abigail, quae mortuo viro, nupsit David; illo enim vivente, virum David accipere non poterat; ne vocaretur adultera si foret alteri viro sociata; et quomodo Charmel in saltum, et infructuosa ligna reputetur? Quod cum dicere non potuerint, audiant Libanum, qui interpretatur dealbatio, referri ad populum gentium, qui lotus in Domino et purgatis sordibus pristinis, totus mundus ascendens, sub [Al. super] Ecclesiae persona innititur Salvatori, et de eo in Cantico Canticorum dicitur: Quae est ista quae ascendit dealbata, innitens super fratruelem suum (Cant. VIII. 5): et istum populum transferri in Charmel, hoc est, in circumcisionis scientiam, ut spiritualis et verae circumcisionis mysteria recognoscat: et in loco sit quondam populi Judaeorum: illos autem qui Christum suscipere noluerunt reputari in saltum, et in infructuosa ligna.

Et audient in die illa, in qua Libanus vertitur in Charmel, surdi, de quibus supra dixerat: miscuit vobis Dominus spiritum soporis, verba libri, qui prius eis fuerat signatus. Et de tenebris et caligine oculi caecorum videbunt. Qui enim sedebant in tenebris lucem viderunt magnam (Isai. IX). Et addent mites in Domino laetitiam. Non superbi qui in Lege jactabantur, sed mites, et qui exsultabunt in Sancto Israel, qui prius solis Judaeis erat sanctus, nunc autem Sanctus est Israel et omnium gentium. Quoniam defecit qui praevalebat. Diabolus videlicet, qui antea contra humanum genus praevalebat.

(Vers. 17 ss.) «¿Acaso no todavía en un poco y en breve se convertirá el Líbano en Carmelo: y el Carmelo en bosque será reputado? Y oirán en aquel día los sordos las palabras del libro; y de las tinieblas y la calígine los ojos de los ciegos verán. Y añadirán los mansos en el Señor alegría: y los hombres pobres en el Santo de Israel exultarán: porque desfalleció quien prevalecía. Consumado está el ilusor: y han sido cortados todos los que vigilaban sobre la iniquidad. Los que hacían pecar a los hombres en la palabra, y al que reprendía en la puerta suplantaban; y se apartaron en vano del justo».

Respondan los judíos y los amigos de la sola historia simple, que no buscan frutos en el árbol, sino solo hojas y la sombra de las palabras, la cual pronto se seca y perece, ¿cómo en el advenimiento del Señor Salvador (porque desde los tiempos de Isaías hasta la dispensación de la carne asumida, en comparación de la eternidad es un breve y módico espacio de tiempo) el monte Líbano de Fenicia haya sido convertido y trasladado al monte Carmelo?, el cual en hebreo se dice *CHERMEL* (כרמל); y en el confín de Palestina y Fenicia domina sobre Ptolemaida: aunque también otro monte Carmelo en las Escrituras santas es llamado, en el cual estuvo Nabal el carmelita (1 Sam 25), hombre estulto e inicuo, que tuvo por mujer a Abigail, la cual muerto el varón, casó con David; pues viviendo aquel, al varón David recibir no podía, para no ser llamada adúltera si fuere a otro varón asociada; ¿y cómo el Carmelo sea reputado como bosque, y en árboles infructuosos? Lo cual, no habiendo podido decir, oigan que el *Líbano*, que se interpreta como «blanqueo» (*dealbatio*), se refiere al pueblo de las gentes, que lavado en el Señor y purgadas las suciedades pristinas, todo el mundo ascendiendo, se apoya bajo la persona de la Iglesia en el Salvador, y de él en el Cantar de los Cantares se dice: «¿Quién es esta que asciende blanqueada, apoyándose sobre su cuñado?» (Cant 8, 5): y que este pueblo es trasladado al *Carmelo*, esto es, a la «ciencia de la circuncisión» (*circumcisionis scientiam*), para que los misterios de la espiritual y verdadera circuncisión reconozca: y esté en el lugar del otrora pueblo de los judíos: mas aquellos que a Cristo recibir no quisieron sean reputados como bosque, y en árboles infructuosos.

«Y oirán en aquel día —dice—», en que el Líbano se convierte en Carmelo, «los sordos», de quienes arriba había dicho: «mezcló para vosotros el Señor espíritu de sopor», «las palabras del libro», que antes les estaba sellado. «Y de las tinieblas y la calígine los ojos de los ciegos verán». Pues «los que se sentaban en tinieblas vieron una gran luz» (Is 9, 2). «Y añadirán los mansos en el Señor alegría». No los soberbios que se jactaban en la Ley, sino los mansos, y aquellos que «exultarán en el Santo de Israel», el cual antes era «santo» solo para los judíos, mas ahora es el «Santo de Israel» y de todas las gentes. «Porque desfalleció quien prevalecía». Esto es, el diablo, que antes prevalecía contra el género humano.

Consummatus est illusor. Sive diabolus, sive populus Judaeorum qui illuserat Domino. Et succisi sunt omnes, qui vigilabant super iniquitatem. Qui non dormiebant, sed vigilabant, ut mala facerent. Qui peccare faciebant homines in verbo. Sive perverse docendo, sive accusando justos. Et arguentem in porta supplantabant. Apostolos videlicet et Ecclesiae doctores, qui arguebant eos in porta Legis. Et declinaverunt frustra a justo. A Christo declinantes, qui Justus est, et suas traditiones frustra sequentes.

(Vers. 22 seqq.) Propter hoc haec dicit Dominus ad domum Jacob, qui redemit Abraham: Non modo confundetur Jacob: nec modo vultus ejus erubescet: sed cum viderit filios suos, opera manuum mearum, in medio sui sanctificantes nomen meum: et sanctificabunt sanctum Jacob, et Deum Israel praedicabunt; et scient errantes spiritu intellectum, et mussitatores discent Legem.

LXX: Propterea haec dicit Dominus super domum Jacob, quam superavit ex Abraham: Non modo confundetur Jacob: neque nunc faciem mutabit; sed cum viderit filios suos opera mea: propter me sanctificabunt nomen meum, et sanctificabunt sanctum Jacob: et Deum Israel timebunt: et scient qui errant spiritu, intelligentiam: et mussitatores discent obedientiam, quodque sequitur ÷ et linguae balbutientes discent loqui pacem ** obelo praenotandum est.

Cum audierint, inquit, surdi verba libri, et oculi caecorum viderint: Libanusque conversus fuerit in Charmel, et Charmel reputatus in saltum, ita ut mites et pauperes laetentur in Domino, et superbus illusorque deficiat: tunc confundetur Jacob qui modo interim non confunditur. Significat autem Isaiae tempora. Et vultus illius erubescet, ut rubor atque confusio occasio sit salutis, praecipue cum viderit filios suos, id est, Apostolos et apostolicos viros, qui fuerunt de genere Judaeorum, in medio nationum Domini perpetrare virtutes, et Christi nomen gentibus praedicare, et dicere: Pater noster, qui es in coelis, sanctificetur nomen tuum (Matth. VI, 9). Illi enim sanctificabunt Sanctum qui ortus est de Jacob, et Deum Israel docebunt in gentibus, ut idolis derelictis, dicant: quam falsa possederunt patres nostri idola, et non est in illis qui pluat; et tunc scient qui nunc errant spiritu, intelligentiam Dei, et qui quondam in solitudine murmurabant contra Dominum, discent Legem, cujus prius notitiam non habebant.

«Consumado está el ilusor». O el diablo, o el pueblo de los judíos que se burló del Señor. «Y han sido cortados todos los que vigilaban sobre la iniquidad». Los que no dormían, sino que vigilaban, para hacer el mal. «Los que hacían pecar a los hombres en la palabra». O enseñando perversamente, o acusando a los justos. «Y al que reprendía en la puerta suplantaban». Esto es, a los Apóstoles y a los doctores de la Iglesia, que los reprendían en la puerta de la Ley. «Y se apartaron en vano del justo». Apartándose de Cristo, que es el «Justo», y siguiendo sus propias tradiciones en vano.

(Vers. 22 ss.) «Por esto así dice el Señor a la casa de Jacob, que redimió a Abrahán: No ahora será confundido Jacob, ni ahora su rostro se avergonzará; sino que cuando viere a sus hijos, obras de mis manos, en medio de sí santificantes mi nombre: y santificarán al Santo de Jacob, y al Dios de Israel predicarán; y conocerán los que yerran en espíritu el entendimiento, y los murmuradores aprenderán la Ley».

LXX: «Por tanto, así dice el Señor sobre la casa de Jacob, a la cual apartó de Abrahán: No ahora será confundido Jacob, ni ahora cambiará su rostro; sino que cuando viere a sus hijos mis obras: por mí santificarán mi nombre, y santificarán al Santo de Jacob: y al Dios de Israel temerán: y conocerán los que yerran en espíritu, la inteligencia: y los murmuradores aprenderán la obediencia». Y lo que sigue: «y las lenguas balbucientes aprenderán a hablar paz», debe anotarse con un óbelo.

Cuando oyeren —dice— los sordos las palabras del libro, y los ojos de los ciegos vieren, y el Líbano fuere convertido en Carmelo, y el Carmelo reputado como bosque, de modo que los mansos y los pobres se alegren en el Señor, y el soberbio y el ilusor desfallezcan: entonces será confundido Jacob, que por ahora no es confundido. Mas significa los tiempos de Isaías. Y su rostro se avergonzará, para que el rubor y la confusión sean ocasión de salud, principalmente cuando viere a sus hijos, esto es, a los Apóstoles y varones apostólicos, que fueron del linaje de los judíos, perpetrar en medio de las naciones las virtudes del Señor, y predicar el nombre de Cristo a las gentes, y decir: «Padre nuestro, que estás en los cielos, santificado sea tu nombre» (Mt 6, 9). Pues ellos santificarán al Santo que nació de Jacob, y enseñarán al Dios de Israel entre las gentes, para que, abandonados los ídolos, digan: cuán falsos ídolos poseyeron nuestros padres, y no hay en ellos quien haga llover; y entonces conocerán los que ahora yerran en espíritu, la inteligencia de Dios, y los que antaño en la soledad murmuraban contra el Señor, aprenderán la Ley, de la cual antes noticia no tenían.

(Vers. 19.) Porque el pueblo de Sion habitará en Jerusalén. Los judíos refieren esto a los tiempos de Ciro, cuando de Babilonia a Judea volvió el pueblo bajo Zorobabel y Jesús el Pontífice. Nosotros, en cambio, como ya hemos dicho a menudo, refiramos todas las promesas que exceden la mediocridad de aquel tiempo al advenimiento de Cristo, en el cual el pueblo antaño cautivo, liberado por la pasión del Señor, habitó en Sion y Jerusalén, a saber, en la atalaya y en la visión de paz, esto es, en la Iglesia. Además, en cuanto a que en los LXX se añade la palabra de santidad, quienes dijeron: porque un pueblo santo en Sion habita, así lo podemos interpretar, diciendo que nadie habita en Sion sino aquel que sea santo, y oiga al Señor decir: Sed santos, porque también yo soy santo (Lev 11, 44).

(Vers. 20.) Llorando de ninguna manera llorarás, teniendo misericordia tendrá misericordia de ti: a la voz de tu clamor, en cuanto lo hubiere oído, te responderá. Cuando hubieres vuelto a Sion, y hubieres habitado en Jerusalén, de ninguna manera llorarás, como antes habías llorado, sino que tu llanto se volverá en gozo: Bienaventurados, pues, los que lloran, porque ellos reirán (Lc 6, 21). Y después que hubieres clamado, y hubieres dicho al Señor: Clamé con todo mi corazón, escúchame, Señor (Sal 118, 145). Y otra vez: Clamé, ten misericordia de mí, y guardaré tus mandatos (Sal 85).

Et alibi: Exspectavi in matutino et clamavi (Ps. CXVIII, 147), et tam clara fuerit vox tua, ut coelos penetret: statim tibi Dominus respondebit, et similis eris Moysi, de quo scriptum est: Loquebatur Moyses, et Dominus respondebat ei (Exod. XIX, 20).

(Vers. 21.) Et dabit vobis Dominus panem arctum, et aquam brevem. Si ad Zorobabel haec referimus tempora, facilis interpretatio est; quod non fuerit sub eo perfecta laetitia, dicente David: Cum converteret Dominus captivitatem Sion, facti sumus sicut consolati: ut non consolationem plenam atque perfectam, sed similitudinem consolationis acciperent. Sin autem ad Salvatoris adventum, panis arctus et aqua brevis, juxta Apostolum Paulum, et hunc eumdem Isaiam prophetam, evangelicus sermo praedicitur, qui pro laciniosis Legis observationibus 411 atque mandatis, in uno verbo recapitulavit omnia: Diliges proximum tuum, sicut teipsum. Consummatum enim et abbreviatum sermonem fecit Dominus super terram (Galat. V).

(Vers. 22.) Et non faciet avolare a te ultra doctorem tuum, et erunt oculi tui videntes praeceptorem tuum, et aures tuae audient verbum post tergum monentis: Haec via, ambulate in ea, neque ad dexteram, neque ad sinistram. LXX: Et nequaquam ultra appropinquabunt tibi qui decipiant te, quia oculi tui videbunt eos qui te seduxerunt, et aures tuae audient verba post te decipientium, qui dixerunt: Haec via, ambulemus in ea, sive ad dexteram, sive ad sinistram. Multum in hoc loco LXX editio Hebraicumque discordant. Primum ergo de Vulgata editione tractabimus, et postea sequemur ordinem veritatis. Cum intellexerint atque perspexerint cordis oculi veritatem, et eos qui se prius deceperant, tota mentis ratione cognoverint, et auribus eruditis post tergum decipientium verba perspexerint. Semper enim caecam corporis partem decipere festinant, juxta illud quod in psalmo legimus: Ut sagittent in obscuro rectos corde (Ps X, 2). Qui tantam sibi assumunt auctoritatem, ut seu dextera doceant, seu sinistra, id est, sive bona, sive mala, nolint discipulos ratione discutere, sed se praecessores sequi. Tunc hi qui prius decipiebant, nequaquam ultra ad eos valebunt accedere postquam se senserint intellectos. Porro juxta Hebraicum et facilis et vera explanatio est. Cum enim Dominus credentibus dederit panem arctum, et aquam brevem, nequaquam ultra faciet avolare ab eis illum qui docet hominem scientiam. Sed semper videbunt oculi ejus praeceptorem suum, et aures illius verbum post tergum monentis exaudient, atque dicentis: Haec via recta est, ambulate in ea, neque ad dextram, neque ad sinistram. Secundum illud quod alibi legitur: Nec ad dextram, nec ad sinistram declinabimus, via regia gradiemur (Num XX, 17). In utraque enim parte quidquid supra modum est, in vitio est. Et de dextris partibus dicitur: Ne sis justus multum (Eccl VII, 17). De sinistris autem quod in haedorum, et in pereuntium parte ponantur, nulla dubitatio est.

Y en otro lugar: Esperé en la mañana y clamé (Sal 118, 147), y tan clara fuere tu voz, que penetre los cielos: al instante te responderá el Señor, y serás semejante a Moisés, de quien está escrito: Hablaba Moisés, y el Señor le respondía (Éx 19, 20).

(Vers. 21.) Y os dará el Señor pan estrecho y agua breve. Si referimos esto a los tiempos de Zorobabel, fácil es la interpretación; que no hubo bajo él una perfecta alegría, diciendo David: Cuando convertía el Señor la cautividad de Sion, fuimos hechos como consolados: de modo que no recibieran una consolación plena y perfecta, sino una semejanza de consolación. Pero si al advenimiento del Salvador, el pan estrecho y el agua breve, según el apóstol Pablo y este mismo profeta Isaías, es predicho el sermón evangélico, el cual en lugar de las farragosas observaciones y mandatos de la Ley, en una sola palabra recapituló todo: Amarás a tu prójimo como a ti mismo. Pues un sermón consumado y abreviado hizo el Señor sobre la tierra (Gál 5).

(Vers. 22.) Y no hará volar de ti más a tu doctor, y tus ojos estarán viendo a tu preceptor, y tus oídos oirán la palabra de quien advierte a tus espaldas: Este es el camino, caminad por él, ni a la derecha ni a la izquierda. LXX: Y de ninguna manera se acercarán más a ti los que te engañen, porque tus ojos verán a los que te sedujeron, y tus oídos oirán las palabras de los que engañan tras de ti, los cuales dijeron: Este es el camino, caminemos por él, sea a la derecha o a la izquierda. Mucho en este lugar la edición de los LXX y el hebreo discrepan. Primero, pues, trataremos sobre la edición Vulgata, y después seguiremos el orden de la verdad. Cuando hubieren entendido y percibido los ojos del corazón la verdad, y a aquellos que antes los habían engañado hubieren conocido con toda la razón de la mente, y con oídos instruidos hubieren percibido las palabras de los que engañan a sus espaldas. Pues siempre se apresuran a engañar la parte ciega del cuerpo, según aquello que leemos en el salmo: Para asaetear en lo oscuro a los rectos de corazón (Sal 10, 2). Los cuales se arrogan tanta autoridad que ya sea que enseñen cosas de la derecha o de la izquierda, esto es, ya sea buenas o malas, no quieren que los discípulos discutan por la razón, sino que los sigan a ellos como antecesores. Entonces estos que antes engañaban de ninguna manera podrán ya acercarse a ellos después que se sientan entendidos. Además, según el hebreo la explicación es fácil y verdadera. Pues cuando el Señor hubiere dado a los creyentes pan estrecho y agua breve, de ninguna manera hará ya volar de ellos a aquel que enseña al hombre la ciencia. Sino que siempre verán sus ojos a su preceptor, y sus oídos oirán la palabra de quien advierte a sus espaldas y dice: Este camino es recto, caminad por él, ni a la derecha ni a la izquierda. Según aquello que se lee en otra parte: Ni a la derecha ni a la izquierda declinaremos, por el camino real marcharemos (Núm 20, 17). Pues en ambas partes, lo que sea sobre la medida está en el vicio. Y de las partes derechas se dice: No seas justo mucho (Ecl 7, 16). Pero de las izquierdas, no hay duda de que se ponen en la parte de los cabritos y de los que perecen.

(Vers. 23.) Et contaminabis laminas sculptilium argenti tui, 412 et vestimentum conflatilis auri tui, et disperges ea sicut immunditiam menstruatae: egredere, dices ei. LXX: Et contaminabis idola deargentata, et deaurata: comminues ea et disperges sicut aquam menstruatae, et sicut stercus abjicies ea. Cum intellexeris veritatem, et decipientes ad te non accesserint, sed oculi tui viderint praeceptorem tuum, et aures tuae semper audierint: Haec via, ambulate in ea, neque ad dextram, neque ad sinistram; Tunc omnes errores et idola, ac similitudines veritatis, quae artifex lingua composuerat in splendore eloquentiae, quod interpretatur argentum, et in ratione sapientiae, quod aurum sonat, comminues atque disperges. Et ita judicabis immunda, ut menstruatae mulieris sordidissimo sanguini compares, quod verbis aliis aquam menstruatae Septuaginta transtulerunt.

(Vers. 24.) Et dabitur pluvia semini tuo ubicumque seminaveris in terra, et panis frugum terrae erit uberrimus et pinguis. LXX: Tunc erit pluvia semini terrae tuae, et panis frugum terrae tuae erit abundans et pinguis. Scriptum est in Regum volumine (III Reg XVIII), quod postquam interfecti sunt ab Elia pseudoprophetae, data sit pluvia terrae Israel: Et quod panis Elisaei et postea Salvatoris uberrimus fuerit atque pinguissimus, et tantam habuerit plenitudinem, ut multa hominum millia ex eo saturata sint (IV Reg IV; Joan VI). Ita et in praesenti loco, non prius dabitur pluvia semini spirituali, et panis terrae uberrimus atque pinguissimus, nisi idola deargentata et deaurata fuerint comminuta, et reputata in sterquilinium. Nisi enim vitia recesserint, virtutes non subeunt.

(Vers. 25.) Pascetur in possessione tua in die illa agnus spatiose. Et tauri tui et pulli asinorum qui operantur terram, commixtum migma comedent sicut in area [Al. in area ut] ventilatum est. LXX: Et pascentur jumenta tua in die illa locum pinguem et spatiosum. Tauri vestri et boves vestri qui operantur terram, comedent paleas commixtas in hordeo ventilato. In rerum omnium abundantia, coelesti pluvia descendente, et illo pane qui de coelo descendit, quem qui comederit, numquam esuriet, pascentur agni in loco spatiosissimo, qui sequuntur agnum quocumque vadit, et qui semper ad dextram sunt. Tauri autem 413 principes gregis, de quibus legimus: Congregatio taurorum in vaccis populorum (Ps LXVII, 31): et pulli asinorum, quibus sedens Dominus ingressus est Jerusalem (Matth XXI), qui operantur terram, sic de area comedent, ut fuerit ventilatum, ne quid videlicet in cibo eorum mixtum sit palearum, de quibus in Jeremia scriptum est: Quid paleis ad triticum, dicit Dominus (Jerem XXIII)? Et quae in Evangelio comburuntur igni intextinguibili (Luc III).

(Vers. 23.) Y contaminarás las láminas de las esculturas de tu plata, 412 y la vestidura del oro fundido tuyo, y las dispersarás como la inmundicia de la menstruante: Sal, le dirás. LXX: Y contaminarás los ídolos plateados y dorados: los desmenuzarás y los dispersarás como el agua de la menstruante, y como estiércol los arrojarás. Cuando hubieres entendido la verdad, y los que engañan no se hubieren acercado a ti, sino que tus ojos hubieren visto a tu preceptor, y tus oídos siempre hubieren oído: Este es el camino, caminad por él, ni a la derecha ni a la izquierda; Entonces todos los errores e ídolos, y las semejanzas de la verdad, que la lengua artífice había compuesto en el esplendor de la elocuencia, lo cual se interpreta como plata, y en la razón de la sabiduría, que el oro suena, los desmenuzarás y dispersarás. Y así los juzgarás inmundos, que los compares con la sangre sucísima de la mujer menstruante, lo que en otras palabras tradujeron los Setenta como agua de la menstruante.

(Vers. 24.) Y se dará lluvia a tu semilla dondequiera que hubieres sembrado en la tierra, y el pan de los frutos de la tierra será uberrimo y pingüe. LXX: Entonces habrá lluvia para la semilla de tu tierra, y el pan de los frutos de tu tierra será abundante y pingüe. Está escrito en el volumen de los Reyes (3 Rey 18), que después que fueron muertos por Elías los pseudoprofetas, fue dada lluvia a la tierra de Israel: Y que el pan de Eliseo y después del Salvador fue uberrimo y pinguísimo, y tuvo tanta plenitud, que muchos miles de hombres de él fueron saciados (4 Rey 4; Jn 6). Así también en el presente lugar, no antes se dará lluvia a la semilla espiritual, y el pan de la tierra uberrimo y pinguísimo, a no ser que los ídolos plateados y dorados hubieren sido desmenuzados, y reputados como muladar. Pues si no se retiran los vicios, las virtudes no entran.

(Vers. 25.) Pastará en tu posesión en aquel día el cordero espaciosamente. Y tus toros y los pollrinos de las asnas que trabajan la tierra, comerán mezcla mixta como ha sido aventada en la era. LXX: Y pastarán tus ganados en aquel día en lugar pingüe y espacioso. Vuestros toros y vuestros bueyes que trabajan la tierra, comerán pajas mezcladas en cebada aventada. En la abundancia de todas las cosas, descendiendo la lluvia celestial, y aquel pan que desciende del cielo, el cual quien comiere, nunca tendrá hambre, pacerán los corderos en un lugar espaciosísimo, los cuales siguen al cordero a dondequiera que va, y los cuales siempre están a la derecha. Pero los toros son 413 los príncipes de la grey, de los cuales leemos: Congregación de toros en las vacas de los pueblos (Sal 67, 31): y los pollrinos de las asnas, en los cuales sentado el Señor entró en Jerusalén (Mt 21), que trabajan la tierra, así comerán de la era, según hubiere sido aventado, para que nada ciertamente en su comida haya mezclado de pajas, de las cuales en Jeremías está escrito: ¿Qué tiene que ver la paja con el trigo?, dice el Señor (Jer 23, 28)? Y las cuales en el Evangelio son quemadas con fuego inextinguible (Lc 3, 17).

Porro juxta LXX jumenta, quae necdum rationis sapientiaeque sunt plena, et de quibus unum loquitur ad Deum: Sicut jumentum factus sum apud te (Ps LXXII, 23), pascentur in loco pinguissimo et spatioso, qui non affert spinas et tribulos, sed quasi terra Israel lacte et melle decurrit, et plenam pascentibus tribuit libertatem. Tauri autem et boves qui operantur terram, id est, Apostoli et viri apostolici, de quibus et apostolus Paulus scriptum interpretatur: Non alligabis os bovi trituranti. Et, Numquid de bobus cura est Deo (I Cor IX, 9)? Sed utique de his dicit, qui operantur terram suam, et de quibus idem loquitur, Dei agricultura, Dei aedificatio sumus (I Cor III, 9). Pater enim agricola est, et Christus vinea (Joan XV): comedent paleas mixtas cum hordeo ventilato. Legimus quod Isaac hordeum severit, et quia apud allophylos erat, centenariam hordei frugem receperit (Gen XXVI). Et Osee coro et dimidio coro hordei conduxit mulierem adulteram (Osee III). Salvator quoque quinque millia virorum qui adhuc sensibus corporis serviebant, et Legem sequebantur Moysi, hordeaceis panibus saturaverat (Joan VI). Qui in alio loco frangens septem Legis panes et in frusta comminuens, quatuor millia viros replevit triticeis panibus, qui evangelicum numerum sequebantur (Matth XV). Istiusmodi populi comedunt et partem palearum; dum in quibusdam sequuntur litteram, et tamen per paleas et hordeum paulatim proficiunt, ut transeant ad frumentum.

(Vers. 25.) Et erunt super omnem montem excelsum, et super omnem collem elevatum rivi currentium aquarum in die interfectionis multorum, cum ceciderint turres. In hoc loco Judaei multos interfectos et ruentes turres, ad Romani imperii referunt potentiam, de quibus et Apostolus loquitur (II Thess VII): Tantum qui tenet nunc, 414 teneat, donec de medio fiat. Quod scilicet in illo tempore tanta beatitudo sit populi Israel, ut non solum valles atque campestria, sed omnes montes et colles aquis fluentibus irrigentur. Nos autem montes et colles, eos intelligamus, qui in excelsum virtutibus elevati sunt, qui esuriunt et sitiunt justitiam (Matth V), quos Dominus provocat ad bibendum. Qui enim biberit de aquis ejus, non sitiet in aeternum (Joan IV). Unde et in psalmo legimus: Benedicite Dominum de fontibus Israel (Ps LXVII, 27). Et in Evangelio dicitur, quod omnis qui biberit de aquis Jesu, flumina aquae vivae fluent de ventre ejus (Joan VII). Et ad Deum Sanctus loquitur: Quoniam apud te est fons vitae (Ps XXXV, 10), de quo purissimum flumen egreditur, super quo rursum Scriptura commemorat: Fluminis impetus laetificat civitatem Dei (Ps XLV, 4). Et in alio loco: Fluvius Dei repletus est aquis (Ps LXIV, 10); ille videlicet, qui loquitur per Jeremiam: Me dereliquerunt fontem aquae vivae (Jer II, 13). Hoc autem tunc fiet, cum interfecti fuerint, sive perierint plurimi: Multi enim vocati, pauci vero electi (Matt XX). Et cum ceciderint turres, sive daemonum potestates, sive superbi quique et arrogantes et magni in isto saeculo.

Además, según los LXX, los ganados, que todavía no están llenos de razón y sabiduría, y de los cuales uno habla a Dios: Como un jumento he sido hecho ante ti (Sal 72, 23), pacerán en un lugar pinguísimo y espacioso, que no produce espinas ni abrojos, sino que como la tierra de Israel mana leche y miel, y concede plena libertad a los que pastan. Pero los toros y bueyes que trabajan la tierra, esto es, los Apóstoles y varones apostólicos, de los cuales también el apóstol Pablo interpreta lo escrito: No bozalearás al buey que trilla. Y, ¿acaso tiene Dios cuidado de los bueyes? (1 Cor 9, 9)? Sino que ciertamente lo dice de estos, que trabajan su tierra, y de los cuales el mismo dice: Agricultura de Dios, edificación de Dios somos (1 Cor 3, 9). Pues el Padre es el agricultor, y Cristo la vid (Jn 15): comerán pajas mezcladas con cebada aventada. Leemos que Isaac sembró cebada, y porque estaba entre los alófilos, recibió el fruto de la cebada al céntuplo (Gén 26). Y Oseas por un coro y medio coro de cebada alquiló a una mujer adúltera (Os 3). El Salvador también a cinco mil varones que todavía servían a los sentidos del cuerpo, y seguían la Ley de Moisés, había saciado con panes de cebada (Jn 6). Quien en otro lugar rompiendo los siete panes de la Ley y desmenuzándolos en pedazos, llenó a cuatro mil varones con panes de trigo, los cuales seguían el número evangélico (Mt 15). Pueblos de esta clase comen también una parte de las pajas; mientras en algunas cosas siguen la letra, y sin embargo por las pajas y la cebada poco a poco progresan, para que pasen al trigo.

(Vers. 25.) Y habrá sobre todo monte excelso y sobre todo collado elevado ríos de aguas corrientes en el día de la matanza de muchos, cuando cayeren las torres. En este lugar los judíos refieren los muchos muertos y las torres que caen a la potencia del imperio romano, de los cuales también el Apóstol habla (2 Tes 2): Solo que el que ahora retiene, 414 retenga, hasta que sea quitado de en medio. Que a saber en aquel tiempo habrá tanta bienaventuranza del pueblo de Israel, que no solo los valles y las llanuras, sino todos los montes y collados sean irrigados con aguas fluyentes. Nosotros, en cambio, entendamos los montes y collados como aquellos que por las virtudes han sido elevados a lo alto, que tienen hambre y sed de justicia (Mt 5), a los cuales el Señor provoca a beber. Pues quien bebiere de sus aguas no tendrá sed eternamente (Jn 4). De donde también leemos en el salmo: Bendecid al Señor de las fuentes de Israel (Sal 67, 27). Y en el Evangelio se dice que todo el que bebiere de las aguas de Jesús, ríos de agua viva manarán de su vientre (Jn 7). Y a Dios el Santo habla: Porque en ti está la fuente de la vida (Sal 35, 10), de la cual sale un río purísimo, sobre el cual de nuevo la Escritura conmemora: El ímpetu del río alegra la ciudad de Dios (Sal 45, 5). Y en otro lugar: El río de Dios está lleno de aguas (Sal 64, 10); aquel a saber que habla por Jeremías: Me abandonaron a mí, fuente de agua viva (Jer 2, 13). Esto empero sucederá entonces, cuando hubieren sido muertos o hubieren perecido muchísimos: Pues muchos son los llamados, pocos empero los elegidos (Mt 20). Y cuando hubieren caído las torres, o bien las potestades de los demonios, o bien cualesquiera soberbios y arrogantes y grandes en este siglo.

De quibus et in psalmis dicitur: Vidi impium elevatum, et exaltatum sicut cedros Libani, et transivi, et ecce non erat, quaesivi eum, et non est inventus locus ejus (Ps XXXVI, 35). Has turres aedificare cupiebant (Genes XII), qui moverunt pedes suos de Oriente, quorum linguae in Babylone confusae sunt, et illi, super quos cecidit turris Siloae (Luc XIII).

(Vers. 26.) Et erit lux lunae, sicut lux solis, et lumen solis erit septuplum sicut lux septem dierum, in die qua alligaverit Dominus vulnus populi sui, et percussuram plagae ejus sanaverit. LXX: Et erit lumen lunae, sicut lumen solis, et lumen solis septuplum, in die quando sanaverit Dominus contritionem populi sui, et dolorem plagae tuae curaverit. Miror quomodo in praesenti loco verba Hebraica LABANA (), et HAMMA (), quae Aquila interpretatur albam et calorem, per quae lunam solemque significat supra idem LXX laterem et murum transtulerint, in eo loco ubi scriptum est: Et erubescet luna, et sol confundetur. Pro quo illi interpretati sunt, liquefient lateres, et ruet murus, et nunc idem sequentes Hebraicum, 415 lunam solemque transtulerint. Unde mihi datur suspicio, non eos errasse a principio, sed paulatim scriptorum vitio depravatos. Neque enim fieri potest, ut qui in hoc loco eadem verba bene interpretati sunt, in superioribus erraverint. In die ergo interfectionis multorum, cum arrogantes superbique corruerint, et qui posuerunt in coelum os suum, didicerint esse se terram, erit lumen lunae, sicut lumen solis: quando dederit Dominus coelum novum, et terram novam, et transierit habitus mundi hujus, ut luna et sol laboris et cursus sui praemia consequantur. Etenim expectatio creaturae revelationem filiorum Dei praestolatur: quia et ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis, in libertatem gloriae filiorum Dei (Rom VIII, 19). Licet ea quidam [Al. quidem] organa lucis intelligentes, insensibilia esse contendant. Luna ergo solis fulgorem accipiet. Nec mirum hoc de clarissimo sentire elemento, cui principatus noctis est traditus, cum de sanctis quoque scriptum sit: Fulgebunt justi quasi sol (Matth XIII, 43). Et sol septuplum lumen accipiet: sicut fuit lux septem dierum, quando ab initio creatus est mundus (quamquam septem dies, Septuaginta non transtulerunt) quando Dominus alligaverit vulnus populi sui, sive sanaverit contritionem populi sui. Quando implebitur 416 illud quod scriptum est: Fugiet dolor, et moeror, et gemitus (Isa XXXV, 10). Quando subintrante plenitudine gentium, salvus fiet omnis Israel; aut certe quando ultio eorum venerit, quorum sub altari clamant animae: Usquequo non ulcisceris sanguinem nostrum de his qui habitant in terra (Apoc VI, 19)?

De los cuales también se dice en los salmos: Vi al impío elevado, y exaltado como los cedros del Líbano, y pasé, y he aquí que no estaba, lo busqué y no fue hallado su lugar (Sal 36, 35). Estas torres querían edificar (Gén 11) quienes movieron sus pies desde el Oriente, cuyas lenguas en Babilonia fueron confundidas, y aquellos sobre los cuales cayó la torre de Siloé (Lc 13).

(Vers. 26.) Y será la luz de la luna como la luz del sol, y la lumbre del sol será séptuple como la luz de siete días, en el día en que el Señor hubiere vendado la herida de su pueblo, y hubiere sanado la llaga de su plaga. LXX: Y será la lumbre de la luna como la lumbre del sol, y la lumbre del sol séptuple, en el día cuando el Señor hubiere sanado el quebranto de su pueblo, y el dolor de tu plaga hubiere curado. Me maravillo cómo en el presente lugar las palabras hebreas LABANA y HAMMA, que Aquila interpreta como "blanca" y "calor", por las cuales significa la luna y el sol, arriba los mismos LXX las tradujeron como "ladrillo" y "muro", en aquel lugar donde está escrito: Y se avergonzará la luna, y el sol se confundirá. Por lo cual ellos interpretaron: se licuarán los ladrillos, y caerá el muro, y ahora siguiendo el mismo hebreo, 415 la luna y el sol tradujeron. De donde se me da la sospecha, no de que ellos erraran desde el principio, sino que poco a poco por vicio de los escritores fueron depravados. Pues no puede ser que quienes en este lugar las mismas palabras bien interpretaron, en los superiores hubieran errado. En el día, pues, de la matanza de muchos, cuando los arrogantes y soberbios hubieren caído, y los que pusieron en el cielo su boca hubieren aprendido que ellos son tierra, será la lumbre de la luna como la lumbre del sol: cuando el Señor hubiere dado un cielo nuevo y una tierra nueva, y hubiere pasado la figura de este mundo, para que la luna y el sol los premios de su trabajo y de su curso consigan. Pues la expectación de la criatura aguarda la revelación de los hijos de Dios: porque también la misma criatura será liberada de la servidumbre de la corrupción, para la libertad de la gloria de los hijos de Dios (Rom 8, 19). aunque algunos, entendiéndolos como órganos de luz, sostengan que son insensibles. La luna, pues, recibirá el fulgor del sol. Ni es maravilla sentir esto sobre el elemento clarísimo, al cual el principado de la noche fue entregado, cuando de los santos también está escrito: Brillarán los justos como el sol (Mt 13, 43). Y el sol recibirá una lumbre séptuple: como fue la luz de siete días, cuando desde el principio fue creado el mundo (aunque "siete días" los Setenta no tradujeron) cuando el Señor hubiere vendado la herida de su pueblo, o hubiere sanado el quebranto de su pueblo. Cuando se cumpliere 416 aquello que está escrito: Huirá el dolor, y el pesar, y el gemido (Is 35, 10). Cuando entrando la plenitud de las naciones, todo Israel sea salvo; o ciertamente cuando la venganza de ellos viniere, cuyas almas claman bajo el altar: ¿Hasta cuándo no vengas nuestra sangre de los que habitan en la tierra? (Apoc 6, 10).

Et hoc considera quod non dixerit, quando sanaverit contritionem populi sui Israel, sive Jacob; sed absolute, populi sui, ut omnes Deo significet servientes. Quidam locum istum et omnia quae in hoc repromissionum capitulo continentur, ad coelestem referunt Jerusalem, et ad reversionem populi ejus, quando implebitur illud quod scriptum est: Coelum et terra pertransibunt (Matth XXIV, 35). Alii ad Eliae tempora, et ipsum dicunt esse, de quo supra scriptum est: Erunt oculi tui videntes praeceptorem tuum et aures tuae audient verbum post tergum monentis. Tunc de montibus et collibus, juxta fabulas poetarum, et Saturni aureum saeculum lactis rivos fluere, et de arborum foliis stillare mella purissima. Quae qui recipiunt, mille quoque annorum fabulam, et terrenum Salvatoris imperium Judaico errore suscipient, non intelligentes Apocalypsim Joannis in superficie litterae, medullata Ecclesiae sacramenta contexere.

Y considera esto, que no haya dicho "cuando sanare el quebranto de su pueblo Israel o Jacob"; sino absolutamente "de su pueblo", para que signifique a todos los que sirven a Dios. Algunos refieren este lugar y todo lo que en este capítulo de promesas se contiene a la Jerusalén celestial, y al regreso de su pueblo, cuando se cumpliere aquello que está escrito: El cielo y la tierra pasarán (Mt 24, 35). Otros a los tiempos de Elías, y dicen que él mismo es de quien arriba se ha escrito: Estarán tus ojos viendo a tu preceptor y tus oídos oirán la palabra de quien advierte a tus espaldas. Entonces de los montes y collados, según las fábulas de los poetas y el siglo de oro de Saturno, fluyen ríos de leche, y de las hojas de los árboles gotea miel purísima. Quienes reciben estas cosas, también la fábula de los mil años y el imperio terreno del Salvador por un error judaico aceptarán, no entendiendo que el Apocalipsis de Juan en la superficie de la letra, entreteje los medulosos sacramentos de la Iglesia.

Liber D

ECIMUS.

415-416 Decimus Liber, quem nunc habemus in manibus, nono et undecimo minor erit numero versuum, non sensuum magnitudine. Sequitur [Al. sequetur] enim eum Sennacherib atque Rabsacis, et Ezechiae regis historia, quae nec jungi cum praecedentibus poterit, propter enormem voluminis magnitudinem [Al. longitudinem], nec dividi propter gestorum continentiam. Itaque ut voluisti, virgo Christi Eustochium, et ut in commune placuit, sicut et superiores ante dictavi, et hunc et reliquos, si Christus annuerit, dictabo libros: ut prophetias sibi copulem, nec eas inter se lacerem atque discerpam, in alterius finem, et alterius principium. Audio praeterea scorpium, mutum animal et venenatum, super responsione quondam Commentarioli mei in Danielem prophetam, nescio quid mussitare, immo ferire conari in suo pure moriturum. Cujus naeniae et lugubres cantilenae necdum mihi proditae sunt, et idcirco dilata responsio: magisque obediendum tibi est, et sancto atque eruditissimo viro fratri tuo Pammachio, qui insatiabili studio me per litteras cogit, expleto Isaia, transire ad Ezechiel, cum ego et aetatis et corporis imbecillitate confectus, notariorumque penuria, qui me possent suis ministeriis adjuvare, in eodem adhuc luto haesitem, et vix partem Isaiae mediam in hoc volumine finiturum esse me credam. Quod si, te orante, complevero, arripienda erunt et reliqua, quae a quartodecimo Ezechiae regis anno habebunt initio.

417 (Vers. 27 seqq.) Ecce nomen Domini venit de longe: ardens furor ejus et gravis ad portandum. Labia ejus repleta sunt indignatione, et lingua ejus quasi ignis devorans. Spiritus ejus velut torrens inundans usque ad medium colli, ad perdendas gentes pro nihili, et frenum erroris quod erat in maxillis populorum. Canticum erit vobis, sicut nox sanctificatae solemnitatis, et laetitia cordis, sicut qui pergit cum tibia, ut intret in montem Domini ad fortem Israel. LXX: Ecce nomen Domini venit post tempus multum: ardens furor cum gloria, eloquium labiorum ejus, eloquium irae plenum, et ira furoris sicut ignis devorabit, et spiritus ejus sicut aqua in valle, trahens veniet usque ad collum, et dividetur ut conturbet gentes super errore vano, et abjicietur error, et assumet eos in conspectu eorum. Numquid semper oportet vos laetari et ingredi in sancta mea jugiter, quasi festa celebrantes atque gaudentes, ut ingrediamini cum tibia ad montem Domini ad Deum Israel?

Libro D

ÉCIMO.

415-416 El décimo libro, que ahora tenemos entre manos, será menor que el noveno y el undécimo en número de versos, aunque no en la magnitud de los sentidos. Pues le sigue la historia de Senaquerib y del Rabsaces, y del rey Ezequías, la cual ni pudo unirse con las precedentes por la enorme magnitud del volumen, ni dividirse por la continuidad de los hechos. Por tanto, como quisiste, virgen de Cristo Eustoquio, y como en común plugo, así como dicté los anteriores, también dictaré este y los restantes libros, si Cristo lo permitiere: para acoplar las profecías entre sí, y no las lacere ni las despedace entre el fin de uno y el principio de otro. Oigo además que el escorpión, animal mudo y venenoso, sobre una respuesta de mi antiguo Commentariolus sobre el profeta Daniel, murmura no sé qué, o mejor intenta herir, destinado a morir en su propia podre. Cuyas ninias y lúgubres cantilenas aún no me han sido entregadas, y por ello se dilata la respuesta: y más bien se debe obedecerte a ti, y al santo y eruditísimo varón tu hermano Pammachio, quien con insaciable estudio me obliga por cartas, terminado Isaías, a pasar a Ezequiel, cuando yo, consumido por la debilidad de la edad y del cuerpo, y por la penuria de notarios que pudieran ayudarme con sus servicios, todavía me atasco en el mismo lodo, y creo que apenas acabaré la parte media de Isaías en este volumen. Pero si, por tu oración, lo completare, deberán emprenderse también los restantes, que tendrán su inicio desde el decimocuarto año del rey Ezequías.

417 (Vers. 27 y ss.) He aquí que el nombre del Señor viene de lejos: su furor ardiente y grave de llevar. Sus labios están llenos de indignación, y su lengua como fuego devorador. Su espíritu como torrente inundante hasta medio del cuello, para perder a las gentes hacia la nada, y el freno del error que estaba en las quijadas de los pueblos. Cantar habrá para vosotros, como noche de santificada solemnidad, y alegría de corazón, como quien camina con flauta, para entrar en el monte del Señor al fuerte de Israel. LXX: He aquí que el nombre del Señor viene después de mucho tiempo: furor ardiente con gloria, elocución de sus labios, elocución llena de ira, e ira de furor como fuego devorará, y su espíritu como agua en valle, arrastrando vendrá hasta el cuello, y se dividirá para conturbar a las naciones sobre error vano, y será arrojado el error, y los tomará en presencia de ellos. ¿Acaso siempre os conviene alegraros y entrar en mis cosas santas continuamente, como celebrando fiestas y gozando, para que entréis con flauta al monte del Señor al Dios de Israel?

Dicamus primum juxta Hebraicum. Pendent ex superioribus, quae dicuntur. Corripuerat sermo propheticus eos, qui contempto auxilio Dei, propter Babyloniorum metum ad Aegyptios confugiebant, et est comminatus descendentibus, ibi eos esse morituros. Rursumque post poenas, eos qui illum audire voluissent [Al. noluissent], non solum sub Zorobabel, Ezra, et Neemia in Jerusalem habitaturos esse promittit, sed majorem cunctis credentibus verbo Dei, in consummatione mundi beatitudinem pollicetur, quando per omnes montes et colles current aquarum flumina, et interfectis multis, cadent turres. Luna quoque et sol clarius lumen accipient, quando vulnus populi sui Dominus alligaverit atque sanaverit. Licet haec quidam ὑπερβολικῶς, 418 Cyri temporibus, qui captivitatem populi relaxavit, in terra Judaea expleta contendant. Quia igitur bonis et obedientibus praemia repromissa sunt, nunc econtrario malis et contemptoribus supplicia nuntiantur, quod Dominus impleat cogitationem suam, et ad puniendos longo post tempore veniat peccatores, et in cunctos sententiam proferat, spirituque oris sui interficiat impium, quem frenum appellat fuisse populorum: non quo subjectos regeret, sed quo subditos sibi traheret ad ruinam. Ponit quoque similitudinem torrentis usque ad collum inundantis, ut finem omnium venisse testetur. Sicut enim torrens suffocat eum, ad cujus collum usque pervenerit: sic judicium Dei neminem impunitum abire patietur. Cum autem frenum, quod in maxillis erat omnium gentium, cum subditis ei gentibus perdiderit, et ad nihili deduxerit: tunc vobis, inquit, sanctis, qui meis jussionibus obeditis, erit canticum, sicut nox sanctificatae solemnitatis, quando egressi estis de Aegypto, et in solemnitate Paschae jugum servitutis Aegyptiae projecistis, dicentes in mari Rubro Pharaone submerso: Cantemus Domino, gloriose enim magnificatus est (Exod. XV, 1). Et cordis tanta laetitia, ut imitemini eos qui ad templum primitiva portantes, et in Dei torcularia deferentes munera, pergunt cum tibiis, cordis gaudia carmine demonstrantes. Haec juxta Hebraicum brevi sermone perstrinxi.

In utraque autem editione annotandum est, quod non Dominus, sed nomen Domini post multum tempus adveniat, de quo in Psalmis dicitur: Benedictus qui venit in nomine Domini, Deus Dominus, et illuxit nobis (Ps. CXVII, 26). Et ipse loquitur in Evangelio: Ego veni in nomine 419 Patris mei, et non suscepistis me (Joan. V, 43). Pulchreque post multum tempus venire dicitur, loquente humana impatientia: Usquequo, Domine, oblivisceris me in finem? quamdiu avertis faciem tuam a me (Ps. XII, 1)? Ardens quoque furor ejus venit cum gloria, ut quem in humilitate contempsimus, in majestate timeamus.

Digamos primero según el hebreo. Penden de los superiores las cosas que se dicen. Había corregido el sermón profético a aquellos que, despreciado el auxilio de Dios, por el miedo a los babilonios se refugiaban con los egipcios, y amenazó a los que descendían con que allí habrían de morir. Y de nuevo, tras las penas, a los que hubieren querido [Al. no hubieren querido] oírlo, no solo bajo Zorobabel, Esdras y Neemías en Jerusalén habitarán promete, sino una mayor bienaventuranza a todos los que creen en la palabra de Dios, en la consumación del mundo promete, cuando por todos los montes y collados corran ríos de aguas, e interfectos muchos, caigan las torres. La luna también y el sol una lumbre más clara recibirán, cuando la herida de su pueblo el Señor hubiere vendado y sanado. Aunque estas cosas algunos hiperbólicamente, 418 en tiempos de Ciro, que relajó la cautividad del pueblo, en la tierra de Judea cumplidas sostengan. Ya que, por tanto, a los buenos y obedientes los premios han sido prometidos, ahora por el contrario a los malos y despreciadores los suplicios se anuncian, porque el Señor cumple su pensamiento, y para castigar largo tiempo después viene a los pecadores, y contra todos profiere sentencia, y por el espíritu de su boca mate al impío, a quien llama freno que fue de los pueblos: no para que rigiera a los sujetos, sino para que arrastrara a los súbditos a sí hacia la ruina. Pone también la semejanza de un torrente inundando hasta el cuello, para testificar que el fin de todos ha venido. Pues así como el torrente sofoca a aquel a cuyo cuello hubiere llegado: así el juicio de Dios a nadie permitirá irse impune. Pero cuando el freno, que en las quijadas estaba de todas las naciones, con las naciones a él súbditas hubiere perdido, y a nada hubiere reducido: entonces para vosotros, dice, santos, que obedecéis mis mandatos, habrá cantar, como noche de santificada solemnidad, cuando salisteis de Egipto, y en la solemnidad de la Pascua el yugo de la servidumbre egipcia arrojasteis, diciendo en el mar Rojo sumergido el Faraón: Cantemos al Señor, pues gloriosamente ha sido magnificado (Éx. 15:1). Y con tanta alegría de corazón, que imitéis a los que, llevando las primicias al templo y depositando en los lagares de Dios los dones, caminan con flautas, las alegrías del corazón con un canto demostrando. Estas cosas según el hebreo con breve sermón he tocado.

En ambas ediciones, sin embargo, debe notarse que no el Señor, sino el nombre del Señor después de mucho tiempo adviene, de quien en los Salmos se dice: Bendito el que viene en el nombre del Señor, Dios es el Señor, y nos ha iluminado (Sal 117, 26). Y él mismo habla en el Evangelio: Yo vine en el nombre 419 de mi Padre, y no me recibisteis (Jn 5, 43). Y bellamente se dice que viene después de mucho tiempo, hablando la humana impaciencia: ¿Hasta cuándo, Señor, te olvidarás de mí hasta el fin? ¿cuánto tiempo apartas tu rostro de mí? (Sal 12, 1). Su furor ardiente también viene con gloria, para que a quien en la humildad despreciamos, en la majestad temamos.

Hoc ipsum et in psalmis scriptum est: Deus manifeste [Al. manifestus] veniet, Deus noster et non silebit. Ignis in conspectu ejus ardebit, et in circuitu ejus tempestas valida (Ps. XLIX, 3, 4). Ipse enim loquitur in Evangelio (Luc. XII, 49): Ignem veni mittere super terram, et quam volo ut ardeat! Rursus in alio psalmo legitur: Vox Domini intercidentis flammam ignis (Ps. XXVIII, 7), ut quidquid in muodo est foeni, lignorum, et stipulae, rapiens flamma consumat. Unde et Deus ignis dicitur esse consumens (Deut. IV). Quodque infertur: Ira furoris ejus quasi ignis devorabit, plerique nostrorum iram furoris Domini diabolum interpretantur, cui tradimur ad puniendum, qui juxta librum Samuelis commovit David, ut numeraret populum Dei (II Reg. XXIV). Et Apostolus loquitur: tradere hujuscemodi Satanae in interitum carnis, ut spiritus salvus fiat (I Cor. V, 5). Hic autem ipse furor, et ita furoris Domini nihil suo faciet arbitrio, sed quod sibi fuerit imperatum. Unde sequitur: Eloquium labiorum ejus, eloquium irae plenum. Spiritus quoque ejus quasi aqua in valle, trahens veniet usque ad collum, ut supplicia super peccatores faciat redundare. Qui dividetur pro qualitate meritorum, ut perdat atque conturbet gentes, quas vanus error seduxerat, et se intelligant supplantatas. Unde ad hujuscemodi homines dicitur, qui in mundi hujus potentia praevalebant, et suo delectabantur errore, non eos semper hoc esse facturos. Praecipueque locum istum et totam continentiam capituli adversus haereticos et omnia dogmata, quae sunt contraria veritati, dicta quidam nostrorum putant, quod cum judicii tempus advenerit, nequaquam ingrediantur sancta ejus et montem, id est Ecclesiam Domini: ne sub religionis nomine divitias congregent, abutanturque luxuria, quasi Domini festa celebrantes. Judaei de Gog et Magog gentibus, quas putant ab Aquilone venturas, id est, de Scythiae partibus, haec intelligunt, 420 super quibus Ezechiel plenius loquitur (Ezech. XIX).

(Vers. 30 seqq.) Et auditam faciet Dominus gloriam vocis ejus, et terrorem brachii sui ostendet in comminatione furoris et flamma ignis devorantis: allidet in turbine et in lapide grandinis. A voce enim Domini pavebit Assur virgo percussus, et erit transitus virgae fundatus: quam requiescere faciet Dominus super eum in tympanis et in citharis, et in bellis praecipuis expugnabit eos. Praeparata est enim ab heri Thopheth, a rege praeparata profunda et dilatata, nutrimenta ejus ignis, et ligna multa: flatus Domini sicut torrens sulphuris succendens eam.

Esto mismo también en los salmos está escrito: Dios manifiestamente vendrá, Dios nuestro y no callará. Fuego en su presencia arderá, y en su circuito tempestad válida (Sal 49, 3. 4). Pues él mismo habla en el Evangelio (Lc 12, 49): ¡Fuego vine a enviar sobre la tierra, y cuánto quiero que arda! De nuevo en otro salmo se lee: Voz del Señor que corta la llama del fuego (Sal 28, 7), para que cuanto en el mundo hay de heno, leña y estopa, la llama arrebatadora lo consuma. De donde también Dios se dice que es fuego consumidor (Dt 4). Y lo que se infiere: La ira de su furor como fuego devorará, muchos de los nuestros interpretan la ira del furor del Señor como el diablo, a quien somos entregados para el castigo, quien según el libro de Samuel conmovió a David para que numerara al pueblo de Dios (2 Sam 24). Y el Apóstol habla: entregar a tal clase a Satanás para la perdición de la carne, para que el espíritu sea salvo (1 Cor 5, 5). Pero este furor mismo, y así la ira del furor del Señor, nada hará por su arbitrio, sino lo que le fuere mandado. De donde sigue: Elocución de sus labios, elocución llena de ira. Su espíritu también como agua en valle, arrastrando vendrá hasta el cuello, para hacer que los suplicios sobre los pecadores redunden. El cual se dividirá por la calidad de los méritos, para que pierda y conturbe a las naciones, a las cuales el vano error había seducido, y ellas mismas se entiendan suplantadas. De donde a tal clase de hombres se dice, que en la potencia de este mundo prevalecían, y en su error se deleitaban, que no siempre habrían de hacer esto. Y principalmente este lugar y toda la continuidad del capítulo contra los herejes y todos los dogmas, que son contrarios a la verdad, dicen algunos de los nuestros que han sido dichos, porque cuando el tiempo del juicio viniere, de ningún modo entren en sus cosas santas y en el monte, esto es, en la Iglesia del Señor: no sea que bajo el nombre de religión congreguen riquezas, y abusen del lujo, como si las fiestas del Señor celebraran. Los judíos sobre las naciones de Gog y Magog, que piensan que han de venir del Norte, esto es, de las partes de Escitia, entienden estas cosas, 420 sobre las cuales Ezequiel habla más plenamente (Ez 39).

(Vers. 30 y ss.) Y hará el Señor oída la gloria de su voz, y el terror de su brazo mostrará en conminación de furor y llama de fuego devorador: despedazará en torbellino y en piedra de granizo. Pues a la voz del Señor pavorecerá Asur la vara golpeada, y será el tránsito de la vara fundado: la cual el Señor hará descansar sobre él con tímpanos y con cítaras, y en batallas principales los expugnará. Pues preparada ha sido desde ayer Tofet, preparada por el rey profunda y dilatada, sus nutrimentos fuego, y mucha leña: el soplo del Señor como torrente de azufre encendiéndola.

LXX: Et audiam faciet Dominus gloriam vocis suae, et furorem brachii sui ostendet cum furore et ira: et flamma ignis devorante fulminabit vehementer, et sicut aqua et grando descendens cum vi. Ad vocem enim Domini superabuntur Assyrii plaga qua percutiet eos, et erit ei per circuitum, unde habebat spem auxilii, in quo confidebat, ipsi cum tympanis et cithara pugnabunt contra eum ex commutatione. Tu enim ante dies decipieris: numquid et tibi regnum paratum est? Vallem profundam, ligna posita, ignem et ligna multorum; furor Domini, sicut vallis sulphure succensa.

Poteram juxta Hebraicum quid mihi videretur currens legentibus indicare; sed quid faciam quorumdam studiis, qui nisi et LXX Interpretum editionem disseruero, imperfectum opus me habiturum esse denuntiant? Sequar igitur ceptum ordinem disserendi. Vox Domini atque praeceptum omnibus nota fient, et fortitudo brachii illius cunctis patebit, quando retributionis tempus advenerit, flammae et turbinis, grandinisque magnitudine, et pondere lapidum deseretur. Super quo Ezechiel in prophetia, ut diximus, Gog et Magog, pleno sermone scribit (Ezech. XXXVIII, et XXVIX). Ad vocis ejus imperium pavebit Assur virgo percussus. Omnis impius, omnis imitator gentis inimicae: non quo in die judicii solus sit feriendus Assyrius, sed quo per Assyrium diabolum intelligamus. Denique sequitur: Et erit transitus virgae fundatus, quam requiescere faciet Dominus super eum. Et est sensus: Nequaquam eum virga percutiet, et eam rursus levabit, ac more caedentium finem faciet verberandi; sed quasi fundatam et alta radice defixam, in poenis ejus 421 faciet permanere. Quod si ita intelligitur, ubi erit poenitentia diaboli: praesertim cum dicatur peccatoribus: Ite in ignem aeternum, quem praeparavit Deus diabolo et angelis ejus (Matth. XXV, 41). In tympanis et in citharis, et bellis praecipuis expugnabit eos, daemones videlicet et omnes impios cum gaudio omnium Dominus expugnabit. Ab heri quippe et a praeterito tempore praeparata est a rege Domino Thopheth, id est, lata et spatiosa gehenna, quae eos aeternis urat ardoribus. Nutrimentum ejus et fomes ignis est, et ligna multa, id est, flamma perpetua et supplicia peccatorum. Et quoniam sicut de camino et fornace ignis ardentis, propheticus sermo praedixerat, servat metaphoram, ut flatu et spiritu ac voluntate Domini hanc succendi sciamus, mixto sulphure, quod flammas, excitat, ut faciat acriora tormenta.

LXX: Y hará el Señor oída la gloria de su voz, y el furor de su brazo mostrará con furor e ira: y con llama de fuego devoradora fulminará vehementemente, y como agua y granizo descendiendo con fuerza. Pues a la voz del Señor serán vencidos los asirios por la plaga con que los herirá, y estará para él en circuito, de donde tenía esperanza de auxilio, en que confiaba, ellos mismos con tímpano y cítara pugnarán contra él por mudanza. Pues tú antes de los días serás engañado: ¿acaso también para ti el reino ha sido preparado? Valle profundo, leña puesta, fuego y leña de muchos; el furor del Señor, como valle encendido con azufre.

Podría indicar corriendo para los lectores qué me parece según el hebreo; ¿pero qué haré con el estudio de algunos, que si no diserto también sobre la edición de los LXX Intérpretes, denuncian que habré de tener una obra imperfecta? Seguiré, pues, el orden de disertar comenzado. La voz del Señor y su mandato a todos serán conocidos, y la fortaleza de su brazo a todos será patente, cuando el tiempo de la retribución adviniere, y por la magnitud de la llama y del torbellino, y del granizo, y por el peso de las piedras sea desamparado. Sobre lo cual Ezequiel en la profecía, como dijimos, sobre Gog y Magog, con pleno sermón escribe (Ez 38 y 39). Al imperio de su voz pavorecerá Asur la vara golpeada. Todo impío, todo imitador de la nación enemiga: no porque en el día del juicio solo haya de ser herido el asirio, sino porque por el asirio entendamos al diablo. Finalmente sigue: Y será el tránsito de la vara fundado, la cual el Señor hará descansar sobre él. Y es el sentido: De ningún modo lo herirá la vara, y la levantará de nuevo, y al modo de los que golpean pondrá fin al azotar; sino que como fundada y de alta raíz fijada, en sus penas 421 hará que permanezca. Lo cual, si así se entiende, ¿dónde estará la penitencia del diablo?: especialmente cuando se dice a los pecadores: Id al fuego eterno, que preparó Dios para el diablo y sus ángeles (Mt 25, 41). Con tímpanos y con cítaras, y en batallas principales los expugnará, a saber, a los demonios y a todos los impíos con el gozo de todos el Señor expugnará. Desde ayer ciertamente y desde el tiempo pasado ha sido preparada por el rey Señor Tofet, esto es, la dilatada y espaciosa gehenna, que los abrase con eternos ardores. Su nutrimento y fomento es el fuego, y mucha leña, esto es, llama perpetua y los suplicios de los pecadores. Y puesto que, como sobre el camino y la hornalla de fuego ardiente el sermón profético había predicho, conserva la metáfora, para que por el soplo y el espíritu y la voluntad del Señor sepamos que esta se enciende, mezclado el azufre, que excita las llamas, para que haga más agrios los tormentos.

Porro quod juxta LXX dicitur: Ad vocem Domini superabuntur Assyrii plaga, cum percusserit eos, et erit ei in circuitu unde fuerat et spes auxilii, in quo confidebat: ipsi cum tympanis et cithara pugnabunt adversum eum ex commutatione, illud significat, quod adversum diabolum consurgant, qui ei quondam subditi fuerant, et cum gaudio atque laetitia dimicent contra eum ex commutatione subita: dum intelligentes errorem suum, destruunt eum a quo decepti fuerant. Diciturque ad illum, quod ab initio se ipse deceperit, regnum suum arbitrans sempiternum, cui parata sit gehenna et aeterna supplicia.

(Cap. XXXI.---Vers. 1 seqq.) Vae qui descendunt in Aegyptum ad auxilium, in equis sperantes, et habentes fiduciam super quadrigis, quia multae sint [Al. sunt], et super equitibus, quia praevalidi nimis, et non sunt confisi super Sanctum Israel: et Dominum non requisierunt. Ipse autem sapiens adduxit malum, et verba sua non abstulit, et consurget contra domum pessimorum, et contra auxilium operantium iniquitatem. Aegyptus homo et non Deus: et equi eorum caro, et non spiritus: et Dominum inclinabit [Al. inclinavit] manum suam, et corruet auxiliator, et cadet cui praestatur auxilium, simulque omnes consumentur.

Post onus jumentorum Austri, et eos qui portabant in Aegyptum divitias suas ad populum, qui eis prodesse non poterat, qui sperabant auxilium 422 in fortitudine Pharaonis, et habebant fiduciam in umbra Aegypti, sub specie reversionis in Jerusalem, et captivitatis laxandae sub Cyro, de consummatione saeculi, et de perfecta justorum beatitudine sermo propheticus nuntiarat: nunc revertitur ad eosdem, ad quos supra locutus fuerat ne descenderent in Aegyptum. Et hoc inter praesentem locum est et praeteritum, quod ibi praecipitur tribui Judae, ne descendant in Aegyptum; hic quia contempto imperio Domini, descensuri sint, prophetatur: et quod a Nabuchodonosor rege Babylonio, tam Israel quam Aegyptii, tam perfugae quam auxiliatores pariter trucidentur. De quo Jeremias plenissime loquitur (Jerem. XLII). Vae ergo his qui descendunt in Aegyptum, et Chaldaeorum metu, Domini praecepta contemnunt, sperantes in idololatris, qui Dei cultum habere se jactant; et in equorum auxilio confidentes, nesciunt scriptum: Fallax equus in salutem (Ps. XXXII, 17); habentque fiduciam super quadrigis et curribus et equitibus; nec recordantur illius Cantici: Equum et ascensorem dejecit in mare (Exod. XV, 1). Et non sunt confisi super Sanctum Israel, qui manentibus in terra Judaeae, suum per Jeremiam pollicebatur auxilium. Et Dominum non requisierunt; non quo non requisierint; sed quo requisiti verba contempserint.

Por lo demás, lo que según los LXX se dice: A la voz del Señor serán vencidos los asirios por la plaga, cuando los heriere, y estará para él en circuito de donde había sido también la esperanza del auxilio, en que confiaba: ellos mismos con tímpano y cítara pugnarán contra él por mudanza, aquello significa, que contra el diablo se levanten quienes le habían sido en otro tiempo súbditos, y con gozo y alegría luchen contra él por una mudanza súbita: mientras, entendiendo su error, destruyen a aquel por quien habían sido engañados. Y se le dice a él, que desde el principio él mismo se engañó, arbitrando su reino sempiterno, para quien está preparada la gehenna y los eternos suplicios.

(Cap. XXXI.—Vers. 1 y ss.) ¡Ay de los que descienden a Egipto por auxilio, esperando en caballos, y tienen confianza sobre cuadrigas, porque son muchas, y sobre jinetes, porque son prevalidos en exceso, y no han confiado sobre el Santo de Israel: y al Señor no requirieron! Él mismo, sin embargo, sabio, trajo el mal, y sus palabras no retiró, y se levantará contra la casa de los pésimos, y contra el auxilio de los que obran la iniquidad. Egipto es hombre y no Dios: y sus caballos carne, y no espíritu: y el Señor inclinará su mano, y caerá el auxiliador, y caerá aquel a quien se presta el auxilio, y a la vez todos serán consumidos.

Después de la carga de las jumentas del Austro, y de los que llevaban a Egipto sus riquezas a un pueblo que no les podía aprovechar, que esperaban auxilio 422 en la fortaleza del Faraón y tenían confianza en la sombra de Egipto, bajo la especie del regreso a Jerusalén y de la cautividad que habría de relajarse bajo Ciro, sobre la consumación del siglo y sobre la perfecta bienaventuranza de los justos el sermón profético había anunciado: ahora regresa a los mismos, a los cuales arriba había hablado para que no descendieran a Egipto. Y esto hay entre el presente lugar y el pasado: que allí se preceptúa a la tribu de Judá que no desciendan a Egipto; aquí, porque despreciado el imperio del Señor han de descender, se profetiza: y que por Nabucodonosor rey babilonio, tanto Israel como los egipcios, tanto los prófugos como los auxiliadores igualmente sean degollados. De lo cual Jeremías plenísimamente habla (Jer 42). ¡Ay, pues, de aquellos que descienden a Egipto, y por miedo a los caldeos desprecian los mandatos del Señor, esperando en idólatras, que se jactan de tener el culto de Dios; y confiando en el auxilio de los caballos, no saben que está escrito: Falaz es el caballo para la salud (Sal 32, 17); y tienen confianza sobre cuadrigas y carros y jinetes; ni se acuerdan de aquel Cántico: Al caballo y al jinete arrojó al mar (Éx 15, 1). Y no han confiado sobre el Santo de Israel, quien a los que permanecían en la tierra de Judea su auxilio por Jeremías prometía. Y al Señor no requirieron; no porque no lo hayan requerido; sino porque requeridos despreciaron las palabras.

Unde et de malis sacerdotibus dicitur: Qui devorant plebem meam, Dominum non invocaverunt (Ps. LII, 5, 6). Ipse autem sapiens, id est, Dominus, adduxit malum super eos, et pessimum, videlicet Nabuchodonosor, sive absolute malum, rem significans, non personam: et verba sua non abstulit, quae locutus fuerat per Prophetas. Quamodrem consurget super tribum Judam domum pessimorum, et contra auxilium Aegyptiorum, qui operantur iniquitatem. Aegyptus enim, sive Aegyptius, ut LXX transtulerunt, homo est, et non Deus: et equi eorum caro, et non spiritus. Unde et in Jeremia scriptum est: Maledictus homo qui spem habet in homine, et firmavit carnem brachii sui, et a Domino recessit cor ejus. Et erit quasi myrice in deserto, quae non videbit cum venerint bona (Jerem. XVII, 5, 6). Et in alio loco scriptum est. Vana salus hominis (Ps. LIX, 13), sive, ut melius habetur in Hebraeo, in homine. Cumque Dominus manum suam extenderit 423 ad puniendum, vel declinaverit, sub metaphora aurigae, et frenos equorum currentium relaxarit, corruet auxiliator Aegyptius, et Israel cui praestabatur auxilium. Quae quidem possumus intelligere et super his qui persecutionis tempore et tribulationis atque angustiae non confidunt in Domino, sed in Aegyptiorum, id est, saecularium hominum auxilio; nescientes Abraham periclitatum in Aegypto, et Dei populum luto et lateribus in illa regione servisse, quae spiritualiter appellatur fornax ferrea. Unde et in Apocalypsi Joannis legitur: Locus in quo crucifixus est Dominus, spiritualiter vocatur Sodoma et Aegyptus [Al. Aegyptius] (Apoc. XI, 8).

(Vers. 4, 5.) Quia haec dicit Dominus ad me: quomodo si rugiat leo et catulus leonis super praedam suam, cum occurrerit ei multitudo pastorum, a voce eorum non formidabit, et a multitudine eorum non pavebit: sic descendet Dominus exercituum, ut praelietur super montem Sion, et super collem ejus. Sicut aves volantes, sic proteget Dominus exercituum Jerusalem, protegens et liberans, transiens et salvans.

In manifestis unam ponimus editionem, maxime ubi nulla diversitas sensuum est. Caesis in Aegypto Israelitis et Aegyptiis, in quorum auxilio confidebant, revertentur [Al. revertuntur] in Jerusalem, Cyro regnante, captivi. Et per duas similitudines, Domini, qui se fore adjutorem promiserat, fortitudo monstratur. Sicut leo et catulus leonis esuriens, si cernat ovium gregem, nulla pastorum voce terretur, et multitudinem eorum conscius virium suarum despicit: sic Dominus exercituum praeliabitur, non contra montem Sion et collem ejus, super montem Sion contra adversarios illius.

De donde también sobre los malos sacerdotes se dice: Que devoran a mi pueblo, al Señor no invocaron (Sal 52, 5. 6). Pero él mismo sabio, esto es, el Señor, trajo el mal sobre ellos, y al pésimo, a saber, Nabucodonosor, o absolutamente el mal, significando la cosa, no la persona: y sus palabras no retiró, las cuales había hablado por los Profetas. Por lo cual se levantará sobre la tribu de Judá, la casa de los pésimos, y contra el auxilio de los egipcios, que obran la iniquidad. Egipto pues, o el egipcio, como los LXX tradujeron, es hombre y no Dios: y sus caballos carne, y no espíritu. De donde también en Jeremías está escrito: Maldito el hombre que tiene esperanza en el hombre, y afirmó la carne de su brazo, y del Señor se apartó su corazón. Y será como tamarisco en el desierto, que no verá cuando vinieren los bienes (Jer 17, 5. 6). En otro lugar está escrito: Vana la salud del hombre (Sal 59, 13), o, como mejor se tiene en el hebreo, en el hombre. Y cuando el Señor hubiere extendido su mano 423 para castigar, o la hubiere declinado, bajo la metáfora de un auriga, y los frenos de los caballos que corren relajare, caerá el auxiliador egipcio, e Israel a quien se prestaba el auxilio. Las cuales cosas ciertamente podemos entender también sobre aquellos que en tiempo de persecución y de tribulación y de angustia no confían en el Señor, sino en el auxilio de los egipcios, esto es, de los hombres seculares; no sabiendo que Abraham peligró en Egipto, y que el pueblo de Dios con lodo y ladrillos en aquella región sirvió, la cual espiritualmente se llama horno de hierro. De donde también en el Apocalipsis de Juan se lee: El lugar en que fue crucificado el Señor, espiritualmente se llama Sodoma y Egipto (Apoc 11, 8).

(Vers. 4, 5.) Porque estas cosas dice el Señor a mí: como si rugiere el león y el cachorro del león sobre su presa, cuando le saliere al encuentro multitud de pastores, por la voz de ellos no formidará, y por la multitud de ellos no pavorecerá: así descenderá el Señor de los ejércitos, para pelear sobre el monte Sión, y sobre su colina. Como aves volando, así protegerá el Señor de los ejércitos a Jerusalén, protegiendo y liberando, pasando y salvando.

En las cosas manifiestas ponemos una sola edición, máxime donde ninguna diversidad de sentidos hay. Caídos en Egipto los israelitas y egipcios, en cuyo auxilio confiaban, regresarán a Jerusalén, reinando Ciro, los cautivos. Y por dos similitudes, la fortaleza del Señor, que había prometido que él sería auxiliador, se muestra. Como el león y el cachorro del león hambriento, si ve el rebaño de las ovejas, por ninguna voz de pastores se aterra, y a la multitud de ellos consciente de sus fuerzas desprecia: así el Señor de los ejércitos peleará, no contra el monte Sión y su colina, sino sobre el monte Sión contra los adversarios de aquel.

Dicamus et aliam comparationem: Quomodo aves ut defendant foetus suos, nidos supervolant, et sive serpentem, sive hominem viderint, avesque alias ad pullos suos accedere, oblitae imbecillitatis, rostro pugnant et unguibus, doloremque pectoris garrula voce congeminant: sic Dominus proteget Jerusalem, et liberabit eam transiens, atque salvabit. Pro transeunte, in Hebraico PHASE: in tribus, praeter LXX, interpretibus ὑπερβαίνων ponitur. Ex quo manifestum est, Pascha, hoc est, Phase Domini, 424 non passionem significare, sed transitum. Quod autem Dominus in similitudinem avium protector fuerit super Jerusalem, in Evangelio ipse testatur: Jerusalem, Jerusalem, quae occidis Prophetas, et lapidas eos qui ad te missi sunt (Matt. XXIII, 37): quoties [Al. quotidie] volui congregare filios tuos, sicut gallina congregat pullos suos sub alas suas, et noluisti? Et in Deuteronomio dicitur de Domino: Expandit alas suas, et suscepit eos, et portavit eos in humeris suis (Deut. XXXII, 11).

(Vers. 6 seqq.) Convertimini, sicut in profundum recesseratis, filii Israel. In die enim illa abjiciet vir idola argenti sui et idola auri sui, quae fecerunt vobis manus vestrae in peccatum. Et cadet Assur in gladio non viri, et gladius non hominis vorabit eum: et fugiet non a facie gladii, et juvenes ejus vectigales erunt. Et fortitudo ejus a terrore transibit, et pavebunt fugientes principes ejus, dixit Dominus, cujus ignis in Sion, et caminus ejus in Jerusalem. LXX: Convertimini, sicut in profundum recesseratis, filii Israel. In die enim illa abjiciet vir idola argenti sui, et idola auri sui quae fecerunt vobis manus vestrae in peccatum. Et cadet Assur in gladio non viri, et gladius non hominis vorabit eum, et fugiet non a facie gladii; juvenes ejus superabuntur: petra enim circumdabuntur quasi vallo, et vincentur; qui autem fugerit, capietur. Haec dicit Dominus: Beatus qui habet in Sion semen, et domesticos in Jerusalem.

Pugnante Domino super montem Sion contra adversarios ejus, et protegente eam instar avium: Convertimini, o filii Israel; sive ut Symmachus transtulit: Agite poenitentiam, qui profundo consilio atque peccato a Domino recessistis. Si enim hoc feceritis, abjicientes idola aurea atque argentea, quae vobis fuerunt in peccatum, propter quae urbs vestra capta est: cadet Assur, cujus metu nunc fugitis, non gladio hominum, nec exercitus robore, sed Dei potentia. Significat autem Angelum, a quo centum octoginta quinque millia Assyriorum una nocte deleta sunt.

Digamos también otra comparación: Al modo que las aves para defender a sus fetos, sobrevuelan los nidos, y ya vean a una serpiente, ya a un hombre, y a otras aves acercarse a sus polluelos, olvidadas de su imbecilidad, con el pico luchan y con las uñas, y el dolor del pecho con garrula voz congeiminan: así el Señor protegerá a Jerusalén, y la liberará pasando, y la salvará. Por "pasando", en el hebreo se pone PHASE: en tres intérpretes, además de los LXX, se pone hyperbaínon [pasando por encima]. De lo cual es manifiesto que la Pascua, esto es, la Fase del Señor, 424 no significa "pasión", sino "tránsito". Que el Señor, además, en semejanza de las aves haya sido protector sobre Jerusalén, en el Evangelio él mismo lo testifica: Jerusalén, Jerusalén, que matas a los Profetas, y apedreas a los que a ti han sido enviados (Mt 23, 37): ¿cuántas veces quise congregar a tus hijos, como la gallina congrega a sus polluelos bajo sus alas, y no quisiste? Y en el Deuteronomio se dice sobre el Señor: Extendió sus alas, y los tomó, y los llevó sobre sus hombros (Dt 32, 11).

(Vers. 6 y ss.) "Convertíos, tal como os habíais apartado a lo profundo, hijos de Israel. Pues en aquel día cada hombre arrojará sus ídolos de plata y sus ídolos de oro, que vuestras propias manos os han fabricado para pecado. Y caerá Asur por la espada, no de un hombre, y la espada, no de un hombre, lo devorará; y huirá no ante la faz de la espada, y sus jóvenes serán tributarios. Y su fortaleza pasará por el terror, y sus príncipes que huyen temerán, dijo el Señor, cuyo fuego está en Sion, y su horno en Jerusalén". La Septuaginta (LXX) dice: "Convertíos, tal como os habíais apartado a lo profundo, hijos de Israel. Pues en aquel día cada hombre arrojará sus ídolos de plata, y sus ídolos de oro que vuestras propias manos os han fabricado para pecado. Y caerá Asur por la espada, no de un hombre, y la espada, no de un hombre, lo devorará, y huirá no ante la faz de la espada; sus jóvenes serán vencidos: pues serán rodeados por una roca como por un muro, y serán conquistados; y el que huyere, será atrapado. Esto dice el Señor: Bienaventurado el que tiene semilla en Sion, y domésticos en Jerusalén".

Luchando el Señor sobre el monte Sion contra sus adversarios, y protegiéndola a semejanza de las aves: "Convertíos, oh hijos de Israel"; o como tradujo Simaco: "Haced penitencia, los que con profundo consejo y pecado os habéis apartado del Señor". Pues si hacéis esto, arrojando los ídolos de oro y de plata, que os fueron para pecado, por causa de los cuales vuestra ciudad fue capturada: caerá Asur, de cuyo miedo ahora huís, no por la espada de los hombres, ni por el vigor de un ejército, sino por la potencia de Dios. Esto significa al Ángel, por quien ciento ochenta y cinco mil asirios fueron destruidos en una sola noche.

Ipse quoque rex Assyrius fugiet non hominum gladium, sed iram Dei: ita ut juvenes illius atque robusti, vectigales fiant Medis, de quibus supra contra Babylonem dicitur: Ecce ego suscitabo vobis Medos. Et fortitudo Assyrii Domini terrore transibit 425 atque praeteriet, omnesque principes illius pertremiscent. Dixit enim Dominus atque pollicitus est, cujus dixisse, fecisse est: et qui habet ignem in Sion, et caminus in Jerusalem, ut adversarios suos instar stipulae atque lignorum egrediens de Jerusalem ignis absumat.

Hunc locum multi de Antichristo interpretantur, quod cadat non gladio hominum, sed Dei potentia. Cujus ignis est in Sion, ut peccatores exurat: et caminus in Jerusalem, ut sicut aurum in camino, ita justorum probetur fides. Et pulchre dicitur: Beatus qui habet semen in Sion, et domesticos in Jerusalem. Si enim in Sion fons est gratiarum, et in Jerusalem visio pacis, beatus qui habet in eis semen, ut fructum de terra bona colligat: et qui habet domesticos, ut sit domesticus Dei, et non extraneus: et de quibus dicitur: Jam non estis hospites et advenae, sed estis cives sanctorum et domestici Dei (Ephes. II, 19).

(Cap. XXXII.---Vers. 1 seqq.) Ecce cum justitia regnabit rex, et principes in judicio praeerunt. Et erit vir sicut qui absconditur a vento, et celat se a tempestate: sicutrivi aquarum in siti, et umbra petrae prominentis in terra deserta. Non caligabunt oculi videntium, et aures audientium diligenter auscultabunt. Et cor stultorum intelliget scientiam, et lingua balborum velociter loquetur et plane. Non vocabitur ultra is qui insipiens est, princeps: neque fraudulentus appellabitur magnus. Fatuus enim fatua loquetur, et cor ejus faciet iniquitatem, ut perficiat simulationem, et loquatur ad Dominum fraudulenter, et vacuefaciat animam esurientis, et potum sitienti auferat. Fraudulenti vasa pessima sunt: ipse enim cogitationes concinnavit ad perdendos mites in sermone mendacii: cum loqueretur pauper judicium. Princeps vero ea quae digna sunt principe cogitabit, et ipse super duces stabit.

LXX: Ecce enim rex justus regnabit, et principes cum judicio praeerunt. Et erit homo occultans sermones suos, et abscondetur quasi ab aqua quae fertur: et apparebit in Sion, sicut fluvius currens, inclytus in terra sitienti, et nequaquam erunt confidentes in hominibus: sed aures suas ad audiendum dabunt, et cor infirmorum attendet auditui: et linguae balbutientium cito discent loqui pacem: et nequaquam dicent stulto ut princeps sit, nec ultra dicent ministri tui, tace.

El mismo rey asirio también huirá, no de la espada de los hombres, sino de la ira de Dios: de modo que sus jóvenes y robustos se conviertan en tributarios de los medos, de quienes se dice arriba contra Babilonia: "He aquí que yo suscitaré contra vosotros a los medos". Y la fortaleza del asirio pasará y se desvanecerá por el terror del Señor, y todos sus príncipes temblarán. Pues el Señor lo ha dicho y prometido, para quien el haber dicho es haber hecho: y el que tiene fuego en Sion, y horno en Jerusalén, para que el fuego saliendo de Jerusalén consuma a sus adversarios como a la paja y la leña.

Muchos interpretan este pasaje respecto al Anticristo, que cae no por la espada de los hombres, sino por la potencia de Dios. Cuyo fuego está en Sion, para quemar a los pecadores; y el horno en Jerusalén, para que como el oro en el horno, así sea probada la fe de los justos. Y bellamente se dice: "Bienaventurado el que tiene semilla en Sion, y domésticos en Jerusalén". Pues si en Sion está la fuente de las gracias, y en Jerusalén la visión de la paz, bienaventurado el que tiene en ellas semilla, para que recoja fruto de tierra buena; y el que tiene domésticos, para que sea doméstico de Dios, y no extraño: y de quienes se dice: "Ya no sois huéspedes y extranjeros, sino que sois ciudadanos de los santos y domésticos de Dios" (Ef 2, 19).

(Cap. 32.---Vers. 1 y ss.) "He aquí que un rey reinará con justicia, y los príncipes presidirán con juicio. Y será un varón como quien se esconde del viento, y se oculta de la tempestad: como arroyos de aguas en la sed, y como la sombra de una roca prominente en tierra desierta. No se nublarán los ojos de los que ven, y los oídos de los que oyen escucharán diligentemente. Y el corazón de los necios entenderá la ciencia, y la lengua de los balbucientes hablará veloz y llanamente. No se llamará más príncipe al que es insensato, ni el fraudulento será llamado grande. Pues el fatuo hablará necedades, y su corazón cometerá iniquidad, para perfeccionar la simulación, y hablar al Señor fraudulentamente, y vaciar el alma del hambriento, y quitar la bebida al sediento. Los vasos del fraudulento son pésimos: pues él mismo ha urdido pensamientos para perder a los mansos con palabra de mentira: cuando el pobre hablaba juicio. El príncipe, en cambio, pensará las cosas que son dignas de un príncipe, y él mismo estará sobre los jefes".

La Septuaginta (LXX) dice: "Pues he aquí que un rey justo reinará, y los príncipes presidirán con juicio. Y será un hombre que oculta sus palabras, y se esconderá como del agua que es llevada: y aparecerá en Sion, como un río que corre, ínclito en tierra sedienta, y de ninguna manera confiarán en los hombres: sino que darán sus oídos para oír, y el corazón de los débiles atenderá al oído: y las lenguas de los balbucientes aprenderán pronto a hablar paz: y de ninguna manera dirán al necio que sea príncipe, ni dirán más tus ministros: calla.

Fatuus enim fatua loquetur, et cor ejus vana intelliget ad perficiendam iniquitatem, et loquendum ad Dominum errorem, ut dispergat animas esurientes, et animas sitientes vacuas faciat. Consilium enim pessimorum iniqua cogitabit: interficere humiles sermonibus iniquis, et dissipare verba humilium in judicio. Pii autem sapientiam cogitarunt, et hoc consilium permanet.

Juxta LXX Interpretes qui dixerunt: Ecce enim rex justus regnabit, et 427 principes cum judicio praeerunt, quae sequuntur superioribus copulanda sunt, his videlicet, in quibus prius capitulum finitum est: Beatus qui habet semen in Sion, et domesticos in Jerusalem. Et est sensus: Ibi beatus erit qui habet semen et domesticos, ubi rex justus regnabit, Christus videlicet: et principes ejus, Apostoli, in judicio praeerunt. De quibus et in Evangelio legitur: Sedebitis super duodecim thronos, judicantes duodecim tribus Israel (Matt. XIX, 28). Et erit vir ille, rex scilicet et regnaturus, sicut qui absconditur a vento, et celat se a tempestate. Vento autem et tempestate, persecutorum rabiem vult intelligi: a quibus abscondetur Christus, et de quibus alibi dicitur: Abscondere modicum usquequo transeat ira Domini (Isai. XXVI, 20). Sive certe erit ille vir, cujus regnum praedicimus, refectio esurientium, et sicut rivi aquarum in siti, et umbra petrae prominentis in terra deserta, juxta illud: Petra autem erat Christus (I Cor. X, 4). Tunc non caligabunt oculi videntium, et aures audientium diligenter auscultabunt. Nec erit quisquam qui Deum ignorare se dicat, nec in scripturis divinis, quae prius clausae erant, ulla caligo erit: sed cor stultorum, qui prius mundi sapientiam sequebantur, intelliget scientiam Verbi Dei: et lingua balborum, qui ante impedita voce loquebantur, et ad Deum confiteri non poterant, velociter loquetur et plane. Sive ut Septuaginta transtulerunt: Linguae balbutientium cito discent loqui pacem, id est, Christum: ipse est enim pax nostra, qui fecit utraque unum (Ephes. II, 14).

(Vers. 9 seqq.) Mulieres opulentae, surgite et audite vocem meam: filiae confidentes, percipite auribus eloquium meum. Post dies et annum, et vos conturbabimini confidentes: consummata est enim vindemia: collectio ultra non veniet. Obstupescite opulentae, conturbamini confidentes: exuite vos, et confundimini. Pro quo Symmachus interpretatus est, nudamini: sequitur. Accingite lumbos vestros, super ubera plangite, super regione desiderabili, super vinea fertili: super humum populi mei spina et vepres ascendent: quanto magis super omnes domos gaudii civitatis exsultantis?

Pues el fatuo hablará necedades, y su corazón entenderá cosas vanas para perfeccionar la iniquidad, y hablar al Señor el error, para dispersar las almas hambrientas, y vaciar las almas sedientas. Pues el consejo de los peores pensará cosas inicuas: para matar a los humildes con palabras inicuas, y disipar las palabras de los humildes en el juicio. Los piadosos, en cambio, pensaron la sabiduría, y este consejo permanece".

Según los Setenta Traductores que dijeron: "Pues he aquí que un rey justo reinará, y los príncipes presidirán con juicio", lo que sigue debe unirse a lo anterior, a saber, aquello en lo que terminó el capítulo previo: "Bienaventurado el que tiene semilla en Sion, y domésticos en Jerusalén". Y el sentido es: Allí será bienaventurado el que tiene semilla y domésticos, donde un rey justo reinará, a saber, Cristo: y sus príncipes, los Apóstoles, presidirán con juicio. De quienes también se lee en el Evangelio: "Os sentaréis sobre doce tronos, juzgando a las doce tribus de Israel" (Mt 19, 28). Y será aquel varón, a saber, el rey y el que ha de reinar, como quien se esconde del viento, y se oculta de la tempestad. Por el viento y la tempestad, quiere que se entienda la rabia de los perseguidores: de los cuales se esconderá Cristo, y de quienes se dice en otra parte: "Escóndete un poco hasta que pase la ira del Señor" (Is 26, 20). O ciertamente será aquel varón, cuyo reino predecimos, el refrigerio de los hambrientos, y como arroyos de aguas en la sed, y la sombra de una roca prominente en tierra desierta, según aquello: "Pero la roca era Cristo" (1 Co 10, 4). Entonces no se nublarán los ojos de los que ven, y los oídos de los que oyen escucharán diligentemente. Ni habrá nadie que diga que ignora a Dios, ni en las sagradas escrituras, que antes estaban cerradas, habrá nube alguna: sino que el corazón de los necios, que antes seguían la sabiduría del mundo, entenderá la ciencia de la Palabra de Dios: y la lengua de los balbucientes, que antes con voz impedida hablaban, y no podían confesar ante Dios, hablará veloz y llanamente. O como tradujeron los Setenta: "Las lenguas de los balbucientes aprenderán pronto a hablar paz", esto es, a Cristo: pues él mismo es nuestra paz, que hizo de ambos uno solo (Ef 2, 14).

(Vers. 9 y ss.) "Mujeres opulentas, levantaos y oíd mi voz: hijas confiadas, percibid con vuestros oídos mi elocuencia. Después de días y un año, también vosotras os turbaréis, vosotras las confiadas: pues se ha consumado la vendimia: la recolección no vendrá más. Aturdíos, opulentas, turbaos, confiadas: despojaos, y avergonzaos". Por lo cual Simaco interpretó, "desnudaos"; sigue: "Ceñid vuestros lomos, lamentaos sobre los pechos, sobre la región deseable, sobre la viña fértil: sobre el suelo de mi pueblo subirán la espina y los abrojos: ¿cuánto más sobre todas las casas de alegría de la ciudad exultante?

Domus enim dimissa est: multitudo urbis relicta est: tenebrae et palpatio factae sunt super speluncas usque in aeternum: gaudium onagrorum pascua gregum. Donec effundatur super nos spiritus de excelso: et erit desertum in Charmel, et Charmel in saltum reputabitur. Et habitabit in solitudine judicium, et justitia in Charmel sedebit. Et erit opus justitiae pax: et cultus justitiae silentium: et securitas usque in sempiternum. Et sedebit populus meus in pulchritudine pacis, et in tabernaculis fiduciae, et in requie opulenta. Grando autem in descensione saltus, et humilitate humiliabitur civitas. 430 Beati qui seminatis super omnes aquas, immittentes pedem bovis et asini.

LXX, pro tenebris et palpatione, quae factae sunt super speluncas usque in sempiternum, transtulerunt, et erunt villae tuae speluncae usque in aeternum: quod in Hebraico dicitur OPHEL () et BEEN (), quas Hebraei duas turres in Jerusalem fuisse arbitrantur, excelsas atque firmissimas, quae his appellantur nominibus. Quarum prior interpretatur tenebrae, sive nubilum, quod usque ad nubes erigeret caput. Altera, probamentum et firmitas, sive, ut Symmachus vertit, inquisitio: eo quod in contemplando culmine ejus oculi fallerentur. In fine quoque capituli ita interpretati sunt: Beati qui seminant super omnem aquam, ubi bos et asinus calcant.

Post vocationem gentium, quando Christus rex imperaverit cum justitia, et principes ejus, Apostoli et successores eorum, in judicio praefuerint, et fuerint omnia quae superius dicta sunt; rursum propheta revertitur ad Judaeam et ad Jerusalem, quae superius mulier opulenta et filia confidens appellatur: opulenta ob divitias scripturarum; confidens, quod per otium et securitatem servaret legem. Quibus dicitur ut surgant de otio suo, et audiant Dei vocem, quae eis futura praedicit: Post dies et annum, id est, parvo tempore praeterito, postquam ego ad vos venero, conturbabimini confidentes, et qui vobis videbamini habere fiduciam, omni pavore complebimini: consummata est enim vindemia vestra, et collectio non veniet. Quia enim semen meum non recepistis, ideo collectio vestra cessavit, et fructus de vobis nullus est ortus. Exuite vos igitur et nudamini, et lumbos vestros accingite, et super ubera plangite, id est, super his quae vobis sunt carissima: quia terra vestra pro ubertate, spinas habebit et vepres, et civitas quondam exsultans, domos habebit desertas, et Jerusalem quae prius erat frequentissima, in solitudinem redigetur. Et erunt speluncae, quae appellantur Ophel et Been, pro habitaculis hominum, in aeternas tenebras et palpatio, sicut in Aegypto facta est; eruntque pascua gregum et onagrorum gaudium, qui in solitudine habitare consueverunt.

Pues la casa ha sido abandonada: la multitud de la ciudad ha sido dejada: las tinieblas y la palpación se han hecho sobre las cuevas para siempre: gozo de los onagros, pasto de los rebaños. Hasta que sea derramado sobre nosotros el espíritu de lo alto: y será el desierto como el Carmelo, y el Carmelo será reputado como bosque. Y habitará en la soledad el juicio, y la justicia se sentará en el Carmelo. Y será la obra de la justicia la paz: y el culto de la justicia el silencio: y la seguridad hasta la eternidad. Y se sentará mi pueblo en la hermosura de la paz, y en los tabernáculos de la confianza, y en el descanso opulento. El granizo, en cambio, en el descenso del bosque, y la ciudad será humillada con humildad. Bienaventurados los que sembráis sobre todas las aguas, metiendo el pie del buey y del asno".

La Septuaginta (LXX), en lugar de "tinieblas y palpación, que se han hecho sobre las cuevas para siempre", tradujeron, "y serán tus villas cuevas para siempre": lo cual en hebreo se dice Ofel y Been, las cuales los hebreos piensan que fueron dos torres en Jerusalén, excelsas y muy firmes, que se llaman con estos nombres. De las cuales la primera se interpreta como "tinieblas", o "nublado", porque elevaría su cabeza hasta las nubes. La otra, "probamiento" y "firmeza", o, como vierte Simaco, "inquisición": debido a que al contemplar su cumbre los ojos se engañaban. Al final del capítulo también interpretaron así: "Bienaventurados los que siembran sobre toda agua, donde el buey y el asno pisan".

Después de la vocación de las gentes, cuando Cristo rey haya mandado con justicia, y sus príncipes, los Apóstoles y sus sucesores, hayan presidido con juicio, y hayan sido todas las cosas que se han dicho arriba; de nuevo el profeta vuelve a Judea y a Jerusalén, que arriba es llamada mujer opulenta e hija confiada: opulenta por las riquezas de las escrituras; confiada, porque por el ocio y la seguridad guardaba la ley. A las cuales se les dice que se levanten de su ocio, y oigan la voz de Dios, que les predice las cosas futuras: "Después de días y un año", esto es, pasado un pequeño tiempo, después de que yo haya venido a vosotras, os turbaréis vosotras las confiadas, y las que os parecía tener confianza, seréis llenadas de todo pavor: pues se ha consumado vuestra vendimia, y la recolección no vendrá. Porque puesto que no recibisteis mi semilla, por eso vuestra recolección cesó, y ningún fruto ha nacido de vosotras. Despojaos, por tanto, y desnudaos, y ceñid vuestros lomos, y lamentaos sobre los pechos, esto es, sobre aquellas cosas que os son carísimas: porque vuestra tierra, en lugar de fertilidad, tendrá espinas y abrojos, y la ciudad antes exultante, tendrá casas desiertas, y Jerusalén que antes era frecuentísima, será reducida a una soledad. Y serán las cuevas, que se llaman Ofel y Been, en lugar de habitáculos de hombres, para eternas tinieblas y palpación, tal como se hizo en Egipto; y serán pastos de rebaños y gozo de onagros, que en la soledad suelen habitar.

Et hoc erit tamdiu, donec effundatur spiritus de excelso: spiritum autem sanctum significat, qui effusus est in die Pentecostes super centum viginti credentium nomina (Act. II, 1). Et quando ille fuerit effusus, tunc quod prius fuerat desertum, id est, gentium congregatio, Charmel, id est, fieri incipiet vinea Dei; et quae prius videbatur vinea, id est, populus Israelitarum, Charmel, in saltum reputabitur, et in sylvam in qua non sint fructus, sed sterilitas. Et habitabit in illa solitudine, quae prius fuerat sine Deo, judicium Christi, et justitia ejus. Eritque pax, et silentium, et securitas, ut non jam Israelitarum metu populus Christianus, qui ex gentibus congregatus est, conturbetur: sed in tabernaculis fiduciae, et in requie opulenta conquiescat. Quod autem sequitur: Grando autem in descensione saltus, et humilitate humiliabitur civitas, id vult intelligi, quod quando Israel vana gloriatione silvescet, et fuerit instar saltus sterilis, tunc grando, id est, ira Dei, super eum descendat; et civitas Jerusalem, quae contra Deum se erexerat, humilitate humiliabitur. Unde beati sunt qui seminant super aquas sancti Spiritus, id est, super Gentes; bovem mundum, et asinum immundum populum in unum evangelii trahentes aratrum.

(Cap. XXXIII.---Vers. 1.) Vae qui praedaris: nonne et ipse praedaberis? Et qui spernis: nonne et ipse sperneris? Cum consummaveris depraedationem, depraedaberis: cum fatigatus desieris contemnere, contemneris. LXX: Vae qui vos miseros faciunt: vos enim nemo facit miseros. Et qui reprobant vos, vos non reprobant: capientur reprobantes, et tradentur, et quasi tinea in vestimento sic superabuntur.

De Apostolis dixerat, et de ecclesiarum magistris: Beati qui seminant super omnem aquam, ubi bos et asinus calcant: nunc ad persecutores eorum maledictionem dirigit; immo adversum principem eorum, qui corda possidet impiorum, quod quidquid fecerint recipiant; et praesens potentia, futurorum sit materia tormentorum. Unde juxta LXX dicitur: Vae eis qui vos miseros faciunt: vos enim nemo facit miseros. Et est sensus: quantum in illis est, quando persequuntur vos, et variis affligunt 433 cruciatibus, interfectos atque cruciatos miseros arbitrantur. Sed nullus vos potest facere miseros, non enim habent in anima potestatem, sed in corpore. Et qui reprobat vos, non vos reprobat, sed eum qui vos misit, juxta illud quod Salvator discipulis loquitur: Qui vos reprobat, me reprobat: et qui me reprobat, reprobat eum qui me misit (Luc. X, 16). Capientur igitur persecutores, et aeternis tradentur ardoribus. Et quomodo tinea vestimentum, ita illos jugis flamma consumet. Quod et in fine hujus prophetiae scribitur. Vermis eorum non morietur, et ignis eorum non exstinguetur.

Y esto será por tanto tiempo, hasta que sea derramado el espíritu de lo alto: pero significa al Espíritu Santo, que fue derramado en el día de Pentecostés sobre los nombres de los ciento veinte creyentes (Hch 2, 1). Y cuando aquel haya sido derramado, entonces lo que antes había sido desierto, esto es, la congregación de las gentes, Carmelo, esto es, comenzará a hacerse la viña de Dios; y la que antes parecía viña, esto es, el pueblo de los israelitas, Carmelo, será reputada como bosque, y como selva en la que no haya frutos, sino esterilidad. Y habitará en aquella soledad, que antes había estado sin Dios, el juicio de Cristo y su justicia. Y habrá paz, y silencio, y seguridad, para que ya no por el miedo de los israelitas se turbe el pueblo cristiano, que ha sido congregado de las gentes: sino que en tabernáculos de confianza, y en descanso opulento repose. Lo que sigue, además: "El granizo, en cambio, en el descenso del bosque, y la ciudad será humillada con humildad", quiere que se entienda así, que cuando Israel por vana jactancia se asilvestrará, y sea a semejanza de un bosque estéril, entonces el granizo, esto es, la ira de Dios, descienda sobre él; y la ciudad de Jerusalén, que contra Dios se había erguido, será humillada con humildad. Por lo cual bienaventurados son los que siembran sobre las aguas del Espíritu Santo, esto es, sobre las Gentes; tirando el buey limpio y el asno inmundo, el pueblo, en un solo arado del Evangelio.

(Cap. 33.---Vers. 1.) "¡Ay de ti que saqueas!: ¿no serás tú también saqueado? ¿Y tú que desprecias!: ¿no serás tú también despreciado? Cuando hayas acabado el saqueo, serás saqueado: cuando cansado dejes de despreciar, serás despreciado". La Septuaginta (LXX) dice: "¡Ay de los que os hacen miserables!: pues nadie os hace miserables. Y los que os reprueban, no os reprueban a vosotros: serán atrapados los que reprueban, y serán entregados, y como polilla en el vestido así serán vencidos".

Había hablado de los Apóstoles, y de los maestros de las iglesias: "Bienaventurados los que siembran sobre toda agua, donde el buey y el asno pisan": ahora dirige una maldición a sus perseguidores; más aún, contra el príncipe de ellos, que posee los corazones de los impíos, para que reciban cualquier cosa que hayan hecho; y la potencia presente sea materia de los tormentos futuros. Por lo cual, según los Setenta se dice: "¡Ay de aquellos que os hacen miserables!: pues nadie os hace miserables." Y el sentido es: en cuanto está en ellos, cuando os persiguen y os afligen con diversos suplicios, consideran miserables a los muertos y torturados. Pero nadie puede haceros miserables, pues no tienen potestad en el alma, sino en el cuerpo. Y el que os reprueba, no os reprueba a vosotros, sino a aquel que os envió, según aquello que el Salvador dice a los discípulos: "El que os reprueba, me reprueba a mí: y el que me reprueba, reprueba a aquel que me envió" (Lc 10, 16). Serán atrapados, por tanto, los perseguidores, y serán entregados a los ardores eternos. Y como la polilla al vestido, así la llama continua los consumirá. Lo cual también se escribe al final de esta profecía: "Su gusano no morirá, y su fuego no se extinguirá".

(Vers. 2 seqq.) Domine, miserere nostri: te enim exspectavimus: esto brachium eorum [Al. nostrum] in mane, et salus nostra in tempore tribulationis. A voce Angeli fugerunt populi, ab exaltatione tua dispersae sunt gentes. Et congregabuntur spolia vestra, sicut colligitur bruchus, velut cum fossae plenae fuerint de eo. Magnificatus est Dominus, quoniam habitavit in excelso: implevit Sion judicio et justitia. Et erit fides in temporibus tuis: divitiae salutis sapientia et scientia: timor Domini ipse thesaurus ejus.

LXX: Domine, miserere nostri, in te enim confidimus: factum est semen incredulorum in perditionem, salus autem nostra in tempore tribulationis: propter vocem timoris obstupuerunt populi a timore tuo, et dispersae sunt gentes. Nunc autem congregabuntur spolia vestra parvi et magni: quando si quis congreget locustas, sic illudent vobis: sanctus Deus qui habitat in excelsis. Repleta est Sion judicio et justitia, in lege tradentur, in thesauris salus nostra: venit sapientia, et disciplina. et pietas a Domino, isti sunt thesauri justitiae.

Hebraei capitulum superius, in quo legitur: Vae qui praedaris: nonne et ipse praedaberis? et reliqua usque ad finem, contra Sennacherib regem Assyriorum dictum putant, quod postquam decem tribuum, quae appellabantur Israel, subverterit civitates; et excepta Jerusalem, Judaeae quoque urbes ceperit, ipse superetur, et percutiente Angelo, ejus deleatur exercitus. Unde nunc ex persona populi gratias referentis Deo, atque dicentis: Domine, miserere nostri, te exspectavimus, haec dicta contendunt, quae praesenti [Al. sequenti] capitulo 434 continentur, quod ipse brachium fuerit et robur populi obsidione vallati in tempore matutino, et salus in necessitate et angustia. A voce enim Angeli, quem Symmachus ita ut in Hebraeo scriptum est, transtulit AMUN (), quem Hebraei Gabrielem autumant, et habere etymologiam populi; fugit Assyrius, et ab exaltatione Dei, gentes quae cum eo erant, huc illucque dispersae sunt. Quibus fugientibus, populus qui obsessus fuerat in Jerusalem, egredietur ad spolia colligenda, et ita Assyriorum divitias congregabit, quomodo solet bruchus parvo tempore immensam multitudinem segetis devorare, aut quomodo fossis plenae fuerint brucho, ita spoliis Assyriorum Jerusalem replebitur. Significat autem subversione Assyrii magnificatum esse Dominum, qui habitavit in excelso, et implevit Sion judicio et justitia, nequaquam ad Aegyptiorum confugientem auxilium, sed Dei sperantem clementiam. Et erit, inquit, fides in temporibus tuis, o Ezechia, aut in temporibus tuis, o populo qui liberatus es: ita ut fides et divitiae salutis tuae, non sint in armis et exercitu, sed in sapientia et scientia Dei. Timor enim Domini ipse est thesaurus ejus, qui haec omnia contulit: non enim regis Assyrii, sed Dei timor Jerusalem liberavit.

(Vers. 2 y ss.) "Señor, ten misericordia de nosotros: pues en ti hemos esperado: sé su [o: nuestro] brazo por la mañana, y nuestra salvación en el tiempo de la tribulación. A la voz del Ángel huyeron los pueblos, por tu exaltación las naciones fueron dispersadas. Y se recogerán vuestros despojos, como se recoge el pulgón, como cuando las fosas están llenas de él. Magnificado ha sido el Señor, porque habitó en lo alto: llenó a Sion de juicio y de justicia. Y habrá fe en tus tiempos: las riquezas de la salvación son la sabiduría y la ciencia: el temor del Señor es su tesoro".

La Septuaginta (LXX) dice: "Señor, ten misericordia de nosotros, pues en ti confiamos: ha sido hecha la semilla de los incrédulos para perdición, pero nuestra salvación en el tiempo de la tribulación: a causa de la voz del temor se aturdieron los pueblos por tu temor, y las naciones fueron dispersadas. Pero ahora se recogerán vuestros despojos pequeños y grandes: como si alguien recogiera langostas, así se burlarán de vosotros: santo es Dios que habita en las alturas. Llenada está Sion de juicio y de justicia, en la ley serán entregados, en los tesoros nuestra salvación: vino la sabiduría, y la instrucción, y la piedad del Señor, estos son los tesoros de la justicia".

Los hebreos piensan que el capítulo anterior, en el cual se lee: "¡Ay de ti que saqueas!: ¿no serás tú también saqueado?" y lo demás hasta el final, fue dicho contra Senaquerib rey de los asirios, porque después de que subvirtiera las ciudades de las diez tribus, que se llamaban Israel; y exceptuada Jerusalén, tomara también las ciudades de Judea, él mismo fuera vencido, y por el golpe del Ángel, su ejército fuera destruido. Por lo cual sostienen que estas cosas que se contienen en el presente capítulo fueron dichas desde la persona del pueblo que da gracias a Dios, y dice: "Señor, ten misericordia de nosotros, te hemos esperado", que él mismo fue el brazo y la fuerza del pueblo cercado por el asedio en el tiempo matutino, y la salvación en la necesidad y la angustia. Pues a la voz del Ángel, a quien Simaco tradujo tal como está escrito en hebreo, AMUN, a quien los hebreos afirman ser Gabriel, y que tiene la etimología de "pueblo"; huyó el asirio, y por la exaltación de Dios, las naciones que estaban con él fueron dispersadas por aquí y por allá. Al huir estos, el pueblo que había estado sitiado en Jerusalén saldrá a recoger los despojos, y así congregará las riquezas de los asirios, de la manera que el pulgón suele devorar en poco tiempo una inmensa multitud de la mies, o como las fosas han estado llenas de pulgón, así Jerusalén se llenará con los despojos de los asirios. Significa, además, que por la subversión del asirio ha sido magnificado el Señor, que habitó en lo alto, y llenó a Sion de juicio y justicia, no refugiándose de ninguna manera en el auxilio de los egipcios, sino esperando la clemencia de Dios. Y habrá, dice, fe en tus tiempos, oh Ezequías, o en tus tiempos, oh pueblo que has sido liberado: de modo que la fe y las riquezas de tu salvación no estén en las armas y el ejército, sino en la sabiduría y la ciencia de Dios. Pues el temor del Señor es su tesoro, el cual confirió todas estas cosas: pues no el temor del rey de los asirios, sino el temor de Dios libró a Jerusalén.

(Vers. 7 seqq.) Ecce videntes clamabunt foris: Angeli 435 pacis amare flebunt. Dissipatae sunt viae, cessavit transiens per semitam, irritum factum est pactum, projecit civitates, non reputavit homines. Luxit et elanguit terra, confusus est Libanus et obsurduit, et factus est Saron sicut desertum, et concussa est Basan et Carmelus. Nunc consurgam, dicit Dominus: nunc exaltabor, nunc sublevabor. Concipietis ardorem, parietis stipulam, spiritus vester ut ignis devorabit vos. Et erunt populi quasi de incendio cinis: spinae congregatae igni comburentur. Verbum Hebraicum ARELLAM (), pro quo Aquila et Symmachus et Theodotio interpretati sunt, apparebo eis, extremam syllabam dividentes, et legentes ARE LAHEM (), Hebraei significare Angelos arbitrantur, et esse prophetiam, post vocationem gentium, et divitias Ecclesiae, de subversione Templi, quod flebunt Angeli, nequaquam intus habitantes, sed exeuntes foras: et qui prius nuntii pacis erant, flebunt amare. Sive ipsi Apostoli qui missi fuerant ut pacem nuntiarent Jerusalem, ad quam Dominus loquebatur: Si scires etiam tu ea quae ad pacem sunt tibi (Luc. XIX, 42): quibus apparuit Dominus, ut eos suo confortaret aspectu, flebunt Jerusalem, quia non receperit praedicationem suam, eo quod dissipatae sunt viae, et cessaverit transiens per semitam justam, juxta illud quod in Jeremiae Lamentationibus dicitur: Viae Sion lugent, eo quod non sint qui veniant ad solemnitatem (Thren. I, 4). Irritum quoque factum est pactum cum Abraham, Isaac, et Jacob: Projecit civitates Judaeae: non reputavit homines, qui suo vitio jumenta esse voluerunt. Luxit et elanguit terra pro his qui morabantur in terra (Genes. XV et 22). Confusus est Libanus et obsurduit, haud dubium quin Templum significet, de quo in Zacharia legimus. Aperi, Libane, portas tuas, ut devoret ignis cedros tuas (Zach. XI, 1). Sive Jerusalem, quae in Ezechiel Libanus appellatur, dicente Propheta: Aquila magna magnarum alarum, quae habet ductum intrandi in Libanum (Ezech. II, 3), quod postea interpretans sermo divinus, cum, inquit, venerit Nabuchodonosor in Jerusalem: perspicue Aquilam regem Babylonium, et Libanum Jerusalem edisserens. Factus est Saron sicut desertum, et concussa est Basan 436 et Carmelus. Pro Basan, LXX Galilaeam transtulerunt, provinciam, pro uno loco provinciae. Saron [Al. Saronas] autem omnis juxta Joppen Liddamque appellatur regio, in qua latissimi campi fertilesque tenduntur.

(Vers. 7 sig.) "He aquí que los videntes clamarán fuera: los ángeles de paz llorarán amargamente." "Desoladas están las vías, cesó el que pasaba por la senda, irritado ha sido el pacto, proyectó las ciudades, no reputó a los hombres." "Lloró y languideció la tierra, confundido está el Líbano y se entorpeció, y Sarón ha sido hecho como un desierto, y sacudidos están Basán y el Carmelo." "Ahora me levantaré, dice el Señor: ahora seré exaltado, ahora me elevaré." "Concebiréis ardor, pariréis estípula, vuestro espíritu como fuego os devorará." "Y serán los pueblos como ceniza de incendio: las espinas congregadas serán quemadas por el fuego." Respecto a la palabra hebrea ARELLAM, que Aquila, Simaco y Teodoción interpretaron como 'me apareceré a ellos', dividiendo la última sílaba y leyendo ARE LAHEM, los hebreos consideran que significa 'Ángeles', y que es una profecía, después de la vocación de las gentes y las riquezas de la Iglesia, sobre la subversión del Templo, que llorarán los Ángeles, de ningún modo habitando dentro, sino saliendo fuera: y los que antes eran nuncios de paz, llorarán amargamente. O bien los mismos Apóstoles que habían sido enviados para anunciar la paz a Jerusalén, a la cual el Señor hablaba: 'Si conocieras también tú las cosas que son para tu paz' (Lc 19, 42): a quienes se apareció el Señor para confortarlos con su aspecto, llorarán a Jerusalén porque no recibió su predicación, por cuanto desoladas están las vías y cesó el que pasaba por la senda justa, según aquello que se dice en las Lamentaciones de Jeremías: 'Las vías de Sión lloran, por no haber quienes vengan a la solemnidad' (Lam 1, 4). También el pacto hecho con Abraham, Isaac y Jacob ha sido invalidado: 'Proyectó las ciudades' de Judea: 'no reputó a los hombres', que por su propio vicio quisieron ser jumentos. 'Lloró y languideció la tierra' por los que moraban en la tierra (Gén 15 y 22). 'Confundido está el Líbano y se entorpeció', no cabe duda de que significa el Templo, de lo cual leemos en Zacarías: 'Abre, Líbano, tus puertas, y devore el fuego tus cedros' (Zac 11, 1). O Jerusalén, que en Ezequiel es llamada Líbano, diciendo el Profeta: 'Un águila grande de grandes alas, que tiene facultad de entrar en el Líbano' (Ez 17, 3), lo cual interpretando después la palabra divina, cuando, dice, venga Nabucodonosor a Jerusalén: explicando perspicuamente al Águila como el rey babilonio, y al Líbano como Jerusalén. "Sarón ha sido hecho como un desierto, y sacudidos están Basán y el Carmelo." Por Basán, los LXX tradujeron 'Galilea', una provincia, por un lugar de la provincia. Sarón, sin embargo, es llamada toda la región junto a Jope y Lida, en la cual se extienden amplísimos y fértiles campos.

Basan quoque regio trans Jordanem est, quam duae et dimidia tribus possederunt, et quae interpretatur uberrima et pinguis (Deut. III): et Carmelus, de quo supra diximus. Loca igitur Judaeae quondam fertilia vertentur in solitudinem, per quae Î¼ÎµÏ„Î±Ï†Î¿ÏÎ¹Î²á¿¶Ï, ostenditur omnis opulentia Judaeorum egestate et penuria commutanda. Quia igitur Apostolorum sermonem recipere noluerunt, confusus est Libanus, et Saron versus est in solitudinem, et Basan Carmelusque concussi sunt. Propterea Dominus vel de nimia patientia, vel ab inferis resurrecturum esse se dicit, et exaltandum in gentibus, et sublevandum in cruce. Et ad ipsos Judaeos apostropham facit, Concipietis ardorem, et parietis stipulam, et spiritus vester vobis conflabit incendium, ut conceptum et partum vorax flamma consumat. Et erunt, inquit, populi Judaeorum quas de incendio cinis, infelicitatis magnitudinem favillae reliquiis demonstrantes. Spinae enim eorum quae peccatorum multitudine congregatae sunt, incendio vorabuntur, quod plerique ad extremam captivitatem et subversionem referunt Jerusalem. Alii plenius atque perfectius judicii tempore futurum esse confirmant.

(Vers. 13 seqq.) Audite qui longe estis quae fecerim, et cognoscite vicini fortitudinem meam. Conterriti sunt in Sion peccatores, possedit tremor hypocritas. Quis poterit habitare de vobis cum igne devorante? quis habitabit ex vobis cum ardoribus sempiternis? Qui ambulat in justitiis, et loquitur veritatis, qui projicit avaritiam ex calumnia, et excutit manus suas ab omni munere, qui obturat aures suas ne audiat sanguinem, et claudit oculos suos ne videat malum. Iste in excelsis habitabit, munimenta saxorum sublimitas ejus: panis ei datus est, aquae ejus fideles sunt. Regem in decore suo videbunt oculi ejus: cernent terram de longe. Cor tuum meditabitur timorem. Ubi est Scriba? ubi legis verba ponderans? ubi doctor parvulorum? Populum imprudentem 437 non videbis populum alti sermonis, ita ut non possis intelligere disertitudinem linguae ejus, in quo nulla est sapientia. LXX: Audient qui longe sunt quae fecerunt: scient qui appropinquant fortitudinem meam. Recesserunt qui erant in Sion iniqui, apprehendet tremor impios. Quis annuntiabit vobis, quoniam ignis ardet? quis annuntiabit vobis locum aeternum? qui ambulat in justitia, et loquitur rectam viam, et odit impietatem et iniquitatem, et manus excutit a muneribus, et obturat aures, ut non audiat judicium sanguinis, et claudit oculos, ne videant iniquitatem, iste habitabit in excelsa spelunca petrae fortissimae. Panis ei dabitur, et aqua ejus fidelis: regem cum gloria videbunt oculi vestri, videbunt terram de longe anima vestra meditabitur timorem.

Basán también es una región al otro lado del Jordán, que las dos tribus y media poseyeron, y que se interpreta como 'ubérrima' y 'pingüe' (Deut 3): y el Carmelo, de lo cual hablamos arriba. Los lugares de Judea, por tanto, en otro tiempo fértiles, se convertirán en soledad, por lo cual metafóricamente (metaphorikōs) se muestra que toda la opulencia de los judíos ha de ser conmutada por la indigencia y la penuria. Por cuanto, pues, no quisieron recibir el sermón de los Apóstoles, el Líbano fue confundido, y Sarón se convirtió en soledad, y Basán y el Carmelo fueron sacudidos. Por esto el Señor, ya sea por su excesiva paciencia, o por haber de resucitar de entre los muertos, dice que será exaltado entre las gentes y elevado en la cruz. Y hace una apóstrofe a los mismos judíos: 'Concebiréis ardor y pariréis estípula', y vuestro espíritu os soplará el incendio, para que la llama voraz consuma lo concebido y lo parido. Y serán, dice, los pueblos de los judíos como ceniza de incendio, demostrando con los restos de la favila la magnitud de su infelicidad. Pues sus espinas, que por la multitud de los pecados fueron congregadas, serán devoradas por el incendio, lo cual la mayoría refiere a la extrema cautividad y subversión de Jerusalén. Otros confirman que sucederá más plena y perfectamente en el tiempo del juicio.

(Vers. 13 y sigs.) Oíd, los que estáis lejos, lo que he hecho, y conoced, los que estáis cerca, mi fortaleza. Aterrados están los pecadores en Sión, el temblor ha poseído a los hipócritas. ¿Quién de vosotros podrá habitar con el fuego devorador? ¿Quién de vosotros habitará con los ardores sempiternos? El que camina en justicias, y habla la verdad, el que arroja la avaricia nacida de la calumnia, y sacude sus manos de todo soborno, el que tapa sus oídos para no oír de sangre, y cierra sus ojos para no ver el mal. Éste habitará en las alturas, la sublimidad de las rocas será su fortaleza: se le ha dado pan, sus aguas son fieles. Sus ojos verán al rey en su hermosura: contemplarán la tierra desde lejos. Tu corazón meditará el temor. ¿Dónde está el escriba? ¿dónde el que pesa las palabras de la ley? ¿dónde el maestro de los pequeñuelos? No verás al pueblo imprudente, 437 pueblo de elevado lenguaje, de tal modo que no puedas entender la elocuencia de su lengua, en la cual no hay sabiduría. LXX: Oirán los que están lejos lo que hicieron: sabrán los que se acercan mi fortaleza. Se apartaron los inicuos que estaban en Sión, el temblor se apoderará de los impíos. ¿Quién os anunciará que el fuego arde? ¿quién os anunciará el lugar eterno? el que camina en justicia, y habla el recto camino, y odia la impiedad y la iniquidad, y sacude sus manos de los sobornos, y tapa sus oídos, para no oír el juicio de sangre, y cierra sus ojos, para que no vean la iniquidad, éste habitará en la excelsa cueva de la roca fortísima. Se le dará pan, y su agua es fiel: vuestros ojos verán al rey con gloria, verán la tierra desde lejos; vuestra alma meditará el temor.

Ubi sunt grammatici? ubi consiliatores? ubi est qui numerat eos qui nutriunt et parvum et magnum populum? cui non dedit consilium: neque sciebat profundam vocem illius, ita ut non audiret populus contemptus, et non est audienti intelligentia. Quoniam dissipatae sunt viae, cessavit transiens per semitas, irritum factum est pactum cum populo Judaeorum, projecit Deus civitates eorum, non reputavit eos inter homines; propterea vos qui longe estis, audite quae fecerim, et appropinquate ut agnoscatis fortitudinem meam. Conterriti sunt, sive recesserunt qui erant in Sion peccatores vel impii et tremor possedit [Al. possidebit] hypocritas, quibus Dominus in Evangelio loquebatur: Vae vobis Scribae et Pharisaei hypocritae (Matth. XXIII, 14)! Quis poterit habitare de vobis cum eo qui ignis est devorans? quis habitabit cum ardoribus sempiternis? Sive juxta LXX: Quis vobis annuntiabit [Al. annuntiavit], quia ignis ardet aeternus, quem praeparavit Deus diabolo et angelis ejus? quis igitur poterit habitare cum Deo, vel annuntiare ventura supplicia? Omnis qui hujuscemodi est, qualem propheticus sermo describit, qui ambulat in pluribus justitiis, et non semel, sed semper justitias diligit, nec una vice, sed jugiter loquitur veritates: qui projicit avaritiam, quae est mater calumniae. Nisi enim cum alterius damno et malo, pecuniae alteri non coacervantur. Et excutit manus suas ab omni munere. Munera quippe excaecant oculos, etiam sapientium. Qui obturat aures 438 suas ne audiat judicium sanguinis. Omnis iniquitas et oppressio et injustitia, judicium sanguinis est: et licet gladio non occidat, voluntate tamen interficit. Et claudit oculos suos ne videat malum. Felix conscientia, quae non audit, nec aspicit malum. Qui igitur talis est, ipse habitabit in excelsis, hoc est, in regno coelorum, sive in excelsa spelunca petrae fortissimae, in Christo Jesu: quae petra Israel populum sequebatur, ut biberet de ea, et illius fortitudine protegeretur. Panis ei dabitur, et aquae ejus fideles sunt: quae gentilium fabulae in ambrosia et nectare intelligunt. Nos autem panes et aquas fidelissimas, legem Dei interpretabimur. Qui igitur talis est, regem Christum in sua claritate conspiciet, de quo supra (Ad cap. XXXII, 1) dicitur: Ecce rex justus regnabit, et principes in judicio praeerunt. Et oculi ejus videbunt terram de longe, quam multo tempore desideraverant, terram mitium et mansuetorum, de qua in Evangelio scriptum est: Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram (Matth. V, 4): sive in coelo positi, terrena despicient. Cor tuum meditabitur timorem: ut cum omnia fueris consecutus, dicas cum Apostolo: Qui non sum dignus vocari Apostolus, quoniam persecutus sum Ecclesiam Dei (I Cor. XV, 9). Principium enim sapientiae timor Domini. Ubi est Scriba? ubi legis verba ponderans? ubi doctor parvulorum (Prov. IX, 1)? ubi sunt, inquit, Scribae et Pharisaei, qui Legis verba trutinantes, infelicem populum decipiebant? quos nunc parvulos Scriptura cognominat, parvulos sensu, parvulos intelligentia.

¿Dónde están los gramáticos? ¿dónde los consejeros? ¿dónde está el que numera a los que alimentan al pueblo pequeño y grande? a quien no dio consejo; ni conocía su voz profunda, de modo que el pueblo despreciado no oía, y no hay inteligencia para el que oye. Porque los caminos han sido disipados, cesó el que pasaba por las sendas, quedó anulado el pacto con el pueblo de los judíos, Dios desechó sus ciudades, no los contó entre los hombres; por eso vosotros, los que estáis lejos, oíd lo que he hecho, y acercaos para que reconozcáis mi fortaleza. Aterrados están, o se apartaron, los pecadores o impíos que estaban en Sión, y el temblor poseyó [Otros: poseerá] a los hipócritas, a quienes el Señor decía en el Evangelio: «¡Ay de vosotros, escribas y fariseos hipócritas!» (Matth. XXIII, 14). ¿Quién de vosotros podrá habitar con aquel que es fuego devorador? ¿quién habitará con los ardores sempiternos? O bien, según los LXX: «¿Quién os anunciará [Otros: anunció] que arde el fuego eterno, que Dios preparó para el diablo y sus ángeles?» ¿Quién, pues, podrá habitar con Dios, o anunciar los suplicios venideros? Todo el que es de esta condición, cual lo describe la palabra profética, el que camina en muchas justicias, y no una vez, sino siempre ama las justicias, y no una sola vez, sino continuamente habla verdades: el que arroja la avaricia, que es madre de la calumnia. Pues el dinero no se acumula para uno sino con daño y mal de otro. Y sacude sus manos de todo soborno. Pues los sobornos ciegan los ojos, aun de los sabios. El que tapa 438 sus oídos para no oír el juicio de sangre. Toda iniquidad y opresión e injusticia es juicio de sangre: y aunque no mate con espada, sin embargo mata con la voluntad. Y cierra sus ojos para no ver el mal. Feliz la conciencia que ni oye ni mira el mal. El que, pues, es tal, habitará en las alturas, esto es, en el reino de los cielos, o en la excelsa cueva de la roca fortísima, en Cristo Jesús: cuya roca seguía al pueblo de Israel, para que bebiese de ella, y fuese protegido por su fortaleza. Se le dará pan, y sus aguas son fieles: lo cual las fábulas de los gentiles entienden como ambrosía y néctar. Nosotros, en cambio, interpretaremos el pan y las aguas fidelísimas como la ley de Dios. El que, pues, es tal, contemplará al rey Cristo en su esplendor, de quien se dijo arriba (Ad cap. XXXII, 1): «He aquí que un rey justo reinará, y los príncipes gobernarán en juicio.» Y sus ojos verán la tierra desde lejos, la cual habían deseado por mucho tiempo, la tierra de los mansos y de los apacibles, de la cual está escrito en el Evangelio: «Bienaventurados los mansos, porque ellos poseerán la tierra» (Matth. V, 4): o bien, puestos en el cielo, despreciarán las cosas terrenas. «Tu corazón meditará el temor»: para que, cuando hayas alcanzado todas las cosas, digas con el Apóstol: «Que no soy digno de ser llamado Apóstol, porque perseguí a la Iglesia de Dios» (I Cor. XV, 9). Porque el temor del Señor es el principio de la sabiduría. «¿Dónde está el escriba? ¿dónde el que pesa las palabras de la ley? ¿dónde el maestro de los pequeñuelos?» (Prov. IX, 1). ¿Dónde están, dice, los escribas y fariseos, que, sopesando las palabras de la Ley, engañaban al infeliz pueblo? a quienes ahora la Escritura llama pequeñuelos, pequeñuelos en el sentido, pequeñuelos en la inteligencia.

Cum autem oculi credentis regem in sua majestate conspexerint, et cor ejus meditatum fuerit timorem, tunc imprudentem populum non videbit, populum Judaeorum, sive philosophorum et oratorum mundi, qui applaudunt sibi in eruditione et eloquentia saeculari, de quibus nunc ait: Populum alti sermonis: ita ut non possis intelligere disertitudinem linguae ejus; quorum omnis ornatus in verbis est, qui habent folia tantum umbramque sermonum, et fructum non possident veritatis. Denique sequitur: In quo nulla est sapientia, de quibus et alio loco dicitur: Perdam sapientiam sapientium, et intellectum prudentium reprobabo (I Cor. I, 19). Cur? quia stultam 439 fecit Deus sapientiam hujus saeculi.

(Vers. 20 seqq.) Respice Sion civitatem solemnitatis nostrae: oculi tui videbunt Jerusalem, habitationem opulentam: tabernaculum quod nequaquam transferri poterit, nec auferentur clavi ejus in sempiternum, et omnes funiculi ejus non rumpentur. Quia solummodo ibi magnificus est Dominus noster: locus fluviorum rivi latissimi et patentes, non transibit per eum navis remigum: neque triremis [Al. trieris] magna transgredietur eum. Dominus enim judex noster, Dominus legifer noster, Dominus rex noster, ipse salvabit nos. Laxati sunt funiculi tui, et non praevalebunt: sic erit malus tuus, ut dilatare signum nequeas. Tunc dividentur spolia praedarum multarum: claudi diripient rapinam. Nec dicet vicinus. elangui: populus qui habitat in ea auferetur ab eo iniquitas. LXX: Ecce Sion civitas. salutare nostrum: oculi tui videbunt Jerusalem. civitas dives, tabernacula quae non movebuntur: nec auferentur paxilli tabernaculi ejus in sempiternum, et funiculi ejus non diripientur: quia nomen magnum Domini vobis: locus vester erit flumina et rivi latissimi et spatiosi: non ingredietur per eam navis agitata remigio: Deus [Al. Dominus] enim meus magnus est: non transibit me Dominus judex noster, Dominus princeps noster, Dominus rex noster, Dominus ipse salvabit nos. Disrupti [Al. direpti] sunt funiculi tui, quia non praevaluerunt: malus tuus inclinatus est, ut dimittat vela: non elevabit signum, donec tradatur in vastitatem. Multi igitur claudi praedas facient: et non dicent, laborabo, populus qui habitat in eis, dimittetur eis delictum. O juste, cui supra dictum est: cor tuum meditabitur timorem; et, populum imprudentem [Al. impudentem] non videbis; et qui antea audieras, regem in decore suo videbunt oculi tui, contemplare Sion urbem solemnitatis nostrae, vide Ecclesiam Christi, in qua est vera solemnitas: oculi tui cernent visionem pacis, et divitias insperatas, quas oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt, et tabernaculum quod nequaquam transferri poterit. Prius enim tabernaculum quod habuit populus Judaeorum, translatum est atque sublatum.

Mas cuando los ojos del creyente hayan contemplado al rey en su majestad, y su corazón haya meditado el temor, entonces no verá al pueblo imprudente, al pueblo de los judíos, o de los filósofos y oradores del mundo, que se aplauden a sí mismos en la erudición y elocuencia secular, de los cuales ahora dice: «Pueblo de elevado lenguaje: de tal modo que no puedas entender la elocuencia de su lengua»; cuyo adorno todo está en las palabras, que tienen solamente las hojas y la sombra de los discursos, y no poseen el fruto de la verdad. Finalmente sigue: «En la cual no hay sabiduría», de los cuales también se dice en otro lugar: «Destruiré la sabiduría de los sabios, y reprobaré la inteligencia de los prudentes» (I Cor. I, 19). ¿Por qué? porque Dios hizo necia 439 la sabiduría de este mundo.

(Vers. 20 sig.) "Mira a Sión, la ciudad de nuestra solemnidad: tus ojos verán a Jerusalén, habitación opulenta: tabernáculo que de ningún modo podrá ser trasladado, ni se quitarán sus clavos para siempre, y todas sus cuerdas no se romperán." "Porque solo allí es magnífico nuestro Señor: lugar de ríos, arroyos latísimos y patentes, no pasará por él nave de remeros: ni trireme grande lo atravesará." "Pues el Señor es nuestro juez, el Señor nuestro legislador, el Señor nuestro rey: él mismo nos salvará." "Aflojadas están tus cuerdas y no prevalecerán: así será tu mástil que no puedas dilatar la enseña." "Entonces se dividirán los despojos de muchas presas: los cojos arrebatarán la rapiña." "Ni dirá el vecino: languidecí: al pueblo que habita en ella se le quitará la iniquidad." LXX: "He aquí Sión, ciudad de nuestra salud: tus ojos verán a Jerusalén, ciudad rica, tabernáculos que no se moverán:" ni se quitarán las estacas de su tabernáculo para siempre, y sus cuerdas no se arrebatarán: porque el nombre del Señor es grande para vosotros:" vuestro lugar serán ríos y arroyos latísimos y espaciosos: no entrará por ella nave agitada por el remo:" pues mi Dios (o Señor) es grande: no me pasará de largo el Señor nuestro juez, el Señor nuestro príncipe, el Señor nuestro rey, el Señor mismo nos salvará." "Rotas (o arrebatadas) están tus cuerdas, porque no prevalecieron: tu mástil está inclinado, para que suelte las velas: no elevará la enseña, hasta que sea entregado a la vastedad." "Muchos cojos, por tanto, harán presas: y no dirán: trabajaré; al pueblo que habita en ellos, se les perdonará el delito." Oh justo, a quien arriba se dijo: 'tu corazón meditará el temor'; y: 'al pueblo imprudente no verás'; y que antes habías oído: 'al rey en su decoro verán tus ojos', contempla a Sión, ciudad de nuestra solemnidad, mira a la Iglesia de Cristo, en la cual está la verdadera solemnidad: tus ojos verán la visión de paz, y las riquezas inesperadas que el ojo no vio, ni el oído oyó, ni subieron al corazón del hombre, y el tabernáculo que de ningún modo podrá ser trasladado. Pues el primer tabernáculo que tuvo el pueblo de los judíos fue trasladado y quitado.

Nec movebuntur clavi ejus in sempiternum, et omnes funiculi ejus firmi erunt; ita ut Dominus habitet in eo, qui locus est omnium fluviorum, rivorumque currentium, per quos 440 nullus adversae partis poterit navigare: neque triremis magna, quae interpretatur diabolus, eum transgredi poterit: quia Dominus ipse est judex, et princeps, et rex, et Salvator noster, et illo protegente, nullius metuemus insidias. Haec dicta sunt de Sion urbe solemnitatis nostrae, et de Jerusalem habitatione ditissima, quam ipse Dominus fluviis suis circumdabit atque vallabit. Nunc autem ad terrenam loquitur Jerusalem, quod laxati sint funiculi tabernaculi ejus, et tentorium sustinere non quiverint, et malus ejus, in quo pulcherrima quondam vela pendebant, ruptis funibus ceciderit, ut non solum ad navigationem, sed ad signum quoque mutilis sit. Postquam autem navis eorum fuerit dissoluta, et tabernaculum dissipatum, ita ut in utramque partem funiculi disrumpantur, praeda victoribus dividetur: qui tam imbecilli erunt propriis viribus, ut claudi appellentur; et nihilominus Dei ira tribuente eis fortitudinem, nullam infirmitatem sentient, nec dicent: laboravi. Qui enim fuerit inter eos, auferetur ab eo iniquitas atque peccatum, quia Dei exsecutus est voluntatem.

(Cap. XXXIV.---Vers. 1, seqq.) Accedite gentes, et audite, et populi attendite: audiat terra et plenitudo ejus, orbis et omne germen ejus. Quia indignatio Domini super omnes gentes, et furor super universam militiam earum [Al. eorum]: interfecit eas, et dedit in occisionem. Occisi earum projicientur: et de cadaveribus earum ascendet fetor: tabescent montes sanguine earum. Et tabescet omnis militia coelorum: replicabuntur (sive complicabuntur) sicut liber coeli: et omnis militia eorum defluet, sicut defluit folium de vinea et de ficu, quoniam inebriatus est in coelo gladius meus. Ecce super Idumaeam descendet, et super populum interfectionis meae ad judicium. Gladius Domini repletus est sanguine, incrassatus adipe: de sanguine agnorum et hircorum, de sanguine medullatorum arietum; victima enim Domini in Bosra: et interfectio magna in terra Edom. Et descendent unicornes cum eis, et tauri cum potentibus. Inebriabitur terra sanguine eorum, et humus eorum adipe pinguium. Post eversionem Jerusalem et naufragium quondam solidissimae navis, praedamque omnis supellectilis illius, de interitu omnium dicitur nationum, 441 et de consummatione mundi, quae est in die futura judicii. Unde omnes gentes et populi terrae et plenitudo ejus, orbis et cuncta genimina ejus, tam quae habitantur loca, quam quae inhabitabilia sunt nimietate frigoris et caloris, jubentur audire, et quae ventura sunt cum omni mentis tremore cognoscere.

'Ni se moverán sus clavos para siempre, y todas sus cuerdas serán firmes'; de modo que el Señor habite en él, que es lugar de todos los ríos y arroyos que corren, por los cuales ninguno de la parte adversa podrá navegar: 'ni trireme grande', que se interpreta como el diablo, podrá atravesarlo: porque el Señor mismo es nuestro juez, y príncipe, y rey, y Salvador, y protegiéndonos él, no temeremos las insidias de nadie. Estas cosas se han dicho de Sión, ciudad de nuestra solemnidad, y de Jerusalén, habitación riquísima, la cual el Señor mismo rodeará y amurallará con sus ríos. Pero ahora habla a la Jerusalén terrena, de que han sido aflojadas las cuerdas de su tabernáculo, y no han podido sostener la tienda, y su mástil, en el cual en otro tiempo pendían hermosísimas velas, ha caído por las sogas rotas, de modo que es inútil no solo para la navegación, sino también para la enseña. Pero después de que la nave de ellos haya sido disuelta, y el tabernáculo disipado, de modo que en ambas partes se rompan las cuerdas, la presa se dividirá para los vencedores: que serán tan imbéciles en sus propias fuerzas que serán llamados cojos; y no obstante, atribuyéndoles fortaleza la ira de Dios, ninguna enfermedad sentirán, ni dirán: 'trabajé'. Pues quien estuviere entre ellos, se le quitará la iniquidad y el pecado, porque ha seguido la voluntad de Dios.

(Cap. 34:1 sig.) "Acercaos, gentes, y oíd, y pueblos, atended: oiga la tierra y su plenitud, el orbe y todo su germen." "Porque la indignación del Señor está sobre todas las gentes, y el furor sobre toda la milicia de ellas: las interfectó y las entregó a la occisión." "Los occisos de ellas serán proyectados: y de sus cadáveres ascenderá el hedor: se derretirán los montes con la sangre de ellas." "Y se derretirá toda la milicia de los cielos: se plegarán (o se complicarán) como un libro del cielo:" y toda su milicia refluirá, como refluye la hoja de la viña y de la higuera, porque se ha embriagado en el cielo mi espada." "He aquí que sobre Idumea descenderá, y sobre el pueblo de mi occisión para el juicio." "La espada del Señor está llena de sangre, incrasada con el adipe: de la sangre de los corderos y de los machos cabríos, de la sangre de los carneros medulosos; pues hay víctima del Señor en Bosra: y occisión grande en la tierra de Edom." "Y descenderán los unicornios con ellos, y los toros con los potentes. Se embriagará la tierra con la sangre de ellos, y su humus con el adipe de los pingües." Después de la subversión de Jerusalén y el naufragio de la que en otro tiempo fue nave solidísima, y la rapiña de todo su ajuar, se habla de la muerte de todas las naciones y de la consumación del mundo, que será en el día futuro del juicio. Por lo cual todas las gentes y pueblos de la tierra y su plenitud, el orbe y todos sus genímenes, tanto los lugares que se habitan como los que son inhabitables por la demasía del frío y del calor, son mandados oír, y conocer con todo temblor de mente lo que ha de venir.

Indignatio enim Domini nequaquam super unam gentem Judaeam, et Assyrios atque Chaldaeos, Aegyptios, Moabitas, et Ammonitas, et Philisthaeos: sed et contra omnes gentes, et super universam militiam, sive ut LXX transtulerunt, numerum earum. ventura describitur, quae interficiat eas, et fetorem corporum putrescentium in altum ascendere faciat: significans peccata omnium nationum: ita ut sanie earum et spurcitia, ac sanguine montes repleantur: sublimes quaequae virtutes et Angeli, qui singulis gentibus praesidebant; et tabescat omnis militia vel fortitudo coelorum: replicentur, sive complicentur coeli sicut liber, et omnis militia et exercitus eorum, atque ut LXX transtulerunt, et stellae defluant, in similitudinem foliorum, quae, appropinquante frigore, arentia atque contracta de vinea et ficu defluunt. Quod quidem et Salvator loquitur in Evangelio: Stellae cadent de coelo, et virtutes coelorum movebuntur, et tunc apparebit signum Filii hominis in coelo (Matth. XXIV, 29, 30). Et hoc considerandum, quod non dicat interire coelos, sed replicari, sive complicari, quasi librum, ut postquam omnia peccata aperta fuerint et relecta, complicentur qui prius aperti fuerant, ut nequaquam ultra scribantur in eis delicta multorum. De hujuscemodi libris Daniel in suo volumine loquitur: Judicium sedit, et libri aperti sunt (Dan. VII, 10), in quibus descripta erant opera singulorum. Stellas autem cadere plerique arbitrantur, juxta Apocalypsim Joannis (Apocal. VI et VIII). et illud quod alibi scriptum est: Stellae universae ardentes solventur, et coelum ac terra transibunt (Luc. X, 2). Praeterit enim figura hujus mundi. Quidam de his stellis dici putant. quae in coelo rutilant, ut in parte monstretur et totum, quod scilicet per stellarum ruinam etiam coelorum interitus ostendatur (II Cor. VII). Alii vero 442 has stellas putant esse ruituras, de quibus et Paulus Apostolus scribit: Non est nobis certamen adversus sanguinem et carnem, sed adversus principatus, adversus potestates, adversus rectores tenebrarum istarum, adversus spiritualia nequitiae in coelestibus (Ephes. VI, 12). Nec mirum si daemones qui in aere habitant, dicantur esse coelestes, cum etiam volucres coeli, quae utique non in coelo, sed in aere volitant, Scriptura cognominet. Nam et Satanas transfiguratur in Angelum lucis (II Cor. XI), stellam se esse simulans. Et Salvator vidit eum quasi fulgur de coelo cadentem (Luc. X). Et tropologice de eo quasi de stella magna dicitur: Quomodo cecidit Lucifer qui mane oriebatur (Isa. XIV, 12)? Haec universa fient, quia inebriatus est in coelo gladius ejus, poena atque sententia, et ultio in peccatores, quae profertur a Domino. Qui gladius et machaera in Ezechiel (Ezech. XXI) contra impios exacuitur; ac plurimis interfectis, vaginam suam jubetur intrare.

Pues la indignación del Señor de ningún modo es sobre una sola nación, la judía, y los asirios y caldeos, egipcios, moabitas y amonitas, y filisteos: sino que se describe como viniendo contra todas las gentes, y sobre toda la milicia, o como los LXX tradujeron, el 'número' de ellas, la cual las interfecte y haga ascender a lo alto el hedor de los cuerpos putrescentes: significando los pecados de todas las naciones: de modo que con la sanie de ellas y la suciedad, y la sangre, se llenen los montes: cualesquiera virtudes sublimes y Ángeles que presidían a cada una de las gentes; y se derrita toda la milicia o fortaleza de los cielos: pliéguense, o complíquense los cielos como un libro, y toda su milicia y ejército, y como los LXX tradujeron, 'y las estrellas refluyan', a semejanza de las hojas que, al aproximarse el frío, áridas y contraídas, refluyen de la viña y la higuera. Lo cual también el Salvador habla en el Evangelio: 'Las estrellas caerán del cielo, y las virtudes de los cielos se moverán, y entonces aparecerá el signo del Hijo del hombre en el cielo' (Mt 24, 29. 30). Y esto debe considerarse, que no diga que perecen los cielos, sino que se pliegan o complican, como un libro, para que después de que todos los pecados hayan sido abiertos y releídos, se compliquen los que antes habían estado abiertos, para que de ningún modo se escriban más en ellos los delitos de muchos. De libros de esta clase habla Daniel en su volumen: 'El juicio se sentó, y los libros fueron abiertos' (Dan 7, 10), en los cuales estaban descritas las obras de cada uno. Mas la mayoría considera que las estrellas han de caer, según el Apocalipsis de Juan (Apoc 6 y 8). y aquello que en otro lugar está escrito: 'Todas las estrellas ardientes se disolverán, y el cielo y la tierra pasarán' (Lc 10, 2). Pues pasa la figura de este mundo. Algunos consideran que se dice de estas estrellas que rutilan en el cielo, para que en la parte se muestre el todo, a saber, que por la ruina de las estrellas también se muestre el interito de los cielos (2 Cor 7). Otros en verdad consideran que estas estrellas que han de caer son aquellas de las cuales también el Apóstol Pablo escribe: 'No es nuestra lucha contra la sangre y la carne, sino contra los principados, contra las potestades, contra los rectores de estas tinieblas, contra las espirituales nequicias en los celestiales' (Ef 6, 12). Ni es de admirar si los demonios que habitan en el aire son llamados celestiales, cuando también a las aves del cielo, que por cierto no vuelan en el cielo, sino en el aire, la Escritura las denomina así. Pues también Satanás se transfigura en Ángel de luz (2 Cor 11), simulando ser una estrella. Y el Salvador lo vio como un relámpago cayendo del cielo (Lc 10). Y tropológicamente se dice de él como de una gran estrella: '¿Cómo caíste, Lucero, que nacías por la mañana?' (Is 14, 12). Todo esto se hará porque se ha embriagado en el cielo su espada, la pena y sentencia, y la venganza contra los pecadores, que es proferida por el Señor. Cuál espada y máquer en Ezequiel (Ez 21) se aguza contra los impíos; y habiendo muerto a muchísimos, se le manda entrar en su vaina.

Cumque inebriatus fuerit et repletus in coelo; hoc est, in aere, qui consuetudine Scripturarum coelum dicitur, tunc ad Idumaeam quoque, id est, ad terrena descendet: ut post poenam daemonum, etiam hominum animae judicentur. Idumaea quippe in lingua nostra terrenam sonat. Repletusque est sanguine; et incrassatus adipe agnorum et hircorum, medullatorumque arietum atque taurorum: ut et principes et populum pariter significet puniendos. Victima enim Domini in Bosra, et interfectio magna in terra Edom. De qua Bosra et Idumaea etiam in consequentibus (Ad LXIII, 1) idem Propheta testatur dicens: Quis est iste qui venit de Edom: rubra vestimenta ejus de Bosra? Et nonnulli existimant, quia Bosor, caro dicitur, per victimam Domini in Bosra, tormenta omnium in carne monstrari: qui pio labuntur errore. In praesenti enim loco non per SIN litteram. quae in BOSOR (), hoc est, in carne, ponitur: sed per SADE scribitur, et BOSRA () appellatur, quae juxta Jesum et Jeremiam non in Edom, id est, Idumaea; sed in terra Moab invenitur (Jerem. XLVIII). Bosra autem in lingua nostra munitam sonat atque circumdatam, sive firmatam: ut orbem terrarum Domini voluntate doceat 443 esse solidatum, juxta illud quod in psalmo canitur; Ipse super maria fundavit eum, et super flumina collocavit illum (Ps. XXIII, 2); et de firmitate terrae ex persona Dei dicitur: Ego firmavi columnas ejus (Psal. LXXIV, 3). Cumque victima Domini fuerit in Bosra, et interfectio ejus in Idumaea, descendent unicornes cum tauris potentibus, reges videlicet et principes terrae [Al. ejus]; et omnia interfectionis, et sanguinis replebuntur, et adipe quondam divitum ac potentum. Per quae verba, juxta humanam consuetudinem, terrorem audientibus incutientia, in omnes principes ac potentes, populosque ac parvos tormenta monstrantur. Bosra, id est, munitam, atque firmatam, et Edom, sive Duma, et Idumaeam, Judaeorum magistri Romam intelligi volunt, et omnia de ipsa dici quae sequenti capitulo continentur.

(Vers. 8 seqq.) Quia dies ultionis Domini, annus retributionum judicii Sion. Et convertentur torrentes ejus in picem, et humus ejus in sulphur: et erit terra ejus in picem ardentem. Nocte et die non extinguetur, in sempiternum ascendet fumus ejus: a generatione in generationem desolabitur, in saeculum saeculorum non erit transiens per eam. Et possidebunt illam onocrotalus, et hericius, et ibis, et corvus habitabunt in ea, et extendetur super eam mensura: ut redigatur ad nihili, et perpendiculum in desolationem.

Y cuando se hubiere embriagado y llenado en el cielo, esto es, en el aire, que por la costumbre de las Escrituras es llamado cielo, entonces descenderá también a Idumea, esto es, a lo terreno: para que después de la pena de los demonios, también las almas de los hombres sean juzgadas. Pues Idumea en nuestra lengua suena 'terrena'. Y está llena de sangre, e incrasada con el adipe de los corderos y de los machos cabríos, y de los carneros medulosos y de los toros: para que signifique que tanto los príncipes como el pueblo paritariamente han de ser castigados. Pues hay víctima del Señor en Bosra, y occisión grande en la tierra de Edom. De la cual Bosra e Idumea también en lo subsiguiente (Sobre 63, 1) el mismo Propheta testifica diciendo: '¿Quién es este que viene de Edom: rojas sus vestiduras de Bosra?' Y algunos estiman, porque Bosor se llama 'carne', que por la víctima del Señor en Bosra se muestran los tormentos de todos en la carne: quienes yerran por un error piadoso. Pues en el presente lugar no se escribe con la letra SIN, que se pone en BOSOR, esto es, en 'carne': sino que se escribe con SADE, y se llama BOSRA, la cual según Josué y Jeremías se encuentra no en Edom, esto es, Idumea; sino en la tierra de Moab (Jer 48). Bosra, sin embargo, en nuestra lengua suena 'municionada' y 'rodeada', o bien 'firmada': para que enseñe que el orbe de las tierras por voluntad del Señor ha sido solidado, según aquello que se canta en el salmo: 'Él sobre los mares lo fundó, y sobre los ríos lo colocó' (Sal 23, 2); y sobre la firmeza de la tierra se dice desde la persona de Dios: 'Yo afirmé sus columnas' (Sal 74, 3). Y cuando la víctima del Señor fuere en Bosra, y su occisión en Idumea, descenderán los unicornios con los toros potentes, a saber, los reyes y príncipes de la tierra; y todas las cosas se llenarán de occisión y de sangre, y con el adipe de los que en otro tiempo fueron ricos y potentes. Por cuyas palabras, según la humana costumbre que incute terror a los oyentes, se muestran los tormentos contra todos los príncipes y potentes, y los pueblos y los pequeños. Bosra, esto es, 'municionada' y 'firmada', y Edom, o Duma, e Idumea, los maestros de los judíos quieren que se entienda por Roma, y que todo se diga de ella lo que se contiene en el capítulo siguiente.

(Vers. 8 sig.) "Porque es el día de la venganza del Señor, el año de las retribuciones para el juicio de Sión." "Y se convertirán sus torrentes en pez, y su humus en azufre: y será su tierra en pez ardiente." "De noche y de día no se extinguirá, para siempre ascenderá su humo: de generación en generación será desolada, por los siglos de los siglos no habrá quien pase por ella." "Y la poseerán el pelícano y el erizo, y el ibis y el cuervo habitarán en ella: y se extenderá sobre ella la medida: para que sea reducida a la nada, y la plomada a la desolación."

Nobiles ejus non erunt ibi: regem potius invocabunt, et omnes principes ejus erunt in nihili. Et orientur in domo [Al. domibus] ejus spinae, et urticae, et paliurus in munitionibus ejus: et erit cubile draconum, et pascua struthionum. Et occurrent daemonia onocentauris, et pilosus clamabit alter ad alterum: ibi cubabit [Al. cubavit] lamia, et inveniet [Al. invenit] sibi requiem. Ibi habuit foveam hericius, et nutrivit catulos, et circumfodit, et fovit in umbra ejus: illuc congregati sunt milvi, alter ad alterum. Requirite diligenter in libro Domini, et legite, unum ex eis non defuit, alter ad alterum non quaesivit: quia quod ex ore meo procedit, ille mandavit, et spiritus ejus, ipse congregavit ea. Et ipse misit eis [Al. ei] sortem, et manus ejus divisit eam illis in mensura, usque in sempiternum possidebunt eam: in generatione et generationem habitabunt in ea. Hebraei, ut supra diximus, haec de Romano imperio prophetata contendunt, et 444 in ultionem Sion, vastitatem quondam regni potentissimi praedicari, quod juxta litteram plerique nostrorum etiam in Apocalypsi Joannis scriptum putant. Nos autem ex eo quod dicitur, dies ultionis Domini annus retributionum judicii Sion hunc arbitramur annum, de quo loquitur ipse Salvator: Spiritus Domini super me, eo quod unxit me, evangelizare pauperibus misit me, praedicare captivis remissionem, et caecis ut videant, vocare annum Domini acceptabilem, et diem retributionis Deo nostro: consolari omnes lugentes, et dare plangentibus Sion gloriam (Luc IV, 18, 19, Isai. LXI, 1-3): et de quo supra dictum est: Mulieres opulentae surgite (Isai. XXXII, 5): et dierum anni recordamini in dolore cum spe, ac per hoc post generalem totius orbis consummationem reverti Scripturam ad Jerusalem, cui illo tempore loquebatur, et vastitatem ejus pleno sermone describi: quod scilicet postquam tempus Romanae obsidionis advenerit, pice et sulphure et flammis ardentibus omnia compleantur, et fumus illius maneat in aeternum, habitentque ibi onocrotalus et hericius, et ibis, et corvus, quae animantia in desertis locis habitare consueverunt: et hoc fiat, quia funiculus Domini atque perpendiculum, id est, sententia illius non valeat immutari. Nobiles ejus, id est, Apostoli atque credentes non erunt ibi, nec perditorum numero conjungentur: sed regem potius Christum invocabunt. Omnes autem principes illius, Scribae videlicet et Pharisaei, redigentur in nihili, et in domibus quondam ornatissimis spinae et urticae et paliurus orientur. Eritque cubile draconum, et pascua struthionum, quae et ipsa signa sunt extremae solitudinis. Et occurrent sibi in ea, juxta LXX diversa daemonum phantasmata, sive ut omnes alii juxta Hebraicum transtulerunt, SIIM () et IIM (), onocentauri, et pilosi, et lamia, quae Gentilium fabulae, et poetarum figmenta describunt. Hericium quoque ibi enutrire catulos, et stationem habere fidissimam: illuc congregari milvos, rapacissimam avem, quae Hebraice appellatur DAJOTH (), sive ut LXX transtulerunt cervos, de quibus infra dicemus.

"Sus nobles no estarán allí: al rey más bien invocarán, y todos sus príncipes serán en nada." "Y nacerán en sus casas (o habitaciones) espinas y ortigas, y el paliuro en sus municiones: y será cubil de dragones y pasto de avestruces." "Y se encontrarán los demonios con los onocentauros, y el velloso clamará el uno al otro: allí se echó (o se acostó) la lamia, e invenit (o encontró) para sí reposo." "Allí tuvo su fosa el erizo, y nutrió a sus cachorros, y cavó alrededor, y los abrigó en su sombra: allí se congregaron los milanos, el uno con el otro." "Buscad diligentemente en el libro del Señor, y leed: uno de ellos no faltó, el uno no buscó al otro: porque lo que de mi boca procede, él lo mandó, y su espíritu, él mismo los congregó." "Y él mismo les (o le) envió la suerte, y su mano se la dividió en medida: para siempre la poseerán: de generación en generación habitarán en ella." Los hebreos, como dijimos arriba, contienden que estas cosas han sido profetizadas sobre el imperio romano, y que para venganza de Sión se predice la vastedad de un reino en otro tiempo potentísimo, lo cual según la letra muchos de los nuestros consideran escrito también en el Apocalipsis de Juan. Nosotros, sin embargo, por aquello que se dice: 'día de la venganza del Señor, año de las retribuciones para el juicio de Sión', consideramos que este es el año del cual habla el mismo Salvador: 'El Espíritu del Señor sobre mí, por cuanto me ungió, me envió a evangelizar a los pobres, a predicar a los cautivos la remisión, y a los ciegos que vean, a llamar al año del Señor aceptable, y al día de la retribución para nuestro Dios: a consolar a todos los que lloran, y a dar gloria a los que gimen por Sión' (Lc 4, 18. 19; Is 61, 1-3): y de lo cual arriba se dijo: 'Mujeres opulentas, levantaos' (Is 32, 5): y recordad los días del año con dolor y con esperanza, y por esto, después de la consumación general de todo el orbe, la Escritura vuelve a Jerusalén, a la cual hablaba en aquel tiempo, y su vastedad es descrita con pleno sermón: a saber, que después de que llegue el tiempo de la asidión romana, todas las cosas se llenen de pez y azufre y llamas ardientes, y su humo permanezca para siempre, y habiten allí el pelícano y el erizo, y el ibis y el cuervo, los cuales animales suelen habitar en lugares desiertos: y esto suceda porque la cuerda del Señor y la plomada, esto es, su sentencia, no puede ser mudada. Sus nobles, esto es, los Apóstoles y los creyentes, no estarán allí, ni se conjugarán con el número de los perdidos: sino que invocarán más bien al Rey Cristo. Todos sus príncipes, sin embargo, a saber, los escribas y fariseos, serán reducidos a la nada, y en las casas en otro tiempo ornatísimas nacerán espinas y ortigas y el paliuro. Y será cubil de dragones y pasto de avestruces, que también ellos son signos de extrema soledad. Y se encontrarán en ella, según los LXX, diversos fantasmas de demonios, o como todos los otros tradujeron según el hebreo, SIIM e IIM, onocentauros y vellosos, y la lamia, que las fábulas de los gentiles y los fingimientos de los poetas describen. También el erizo allí nutre a sus cachorros y tiene una estación fidelísima: allí se congregan los milanos, ave rapacísima, que en hebreo se llama DAJOTH, o como los LXX tradujeron, 'ciervos', de los cuales diremos abajo.

Inter quae Propheta loquitur audientibus: O homines [Al. omnes] qui me auditis loquentem, quae ventura pronuntio, rebus omnia complebuntur. 445 In libro enim scripta sunt Domini, et illius sententia definita, et ne unum quidem irritum erit. Nam quod de meo ore procedit, ille mandavit, id est, ego quidem loquor; sed verba sunt Domini, et spiritu [Al. spiritus] illius quidquid dictum est perpetrabitur. Ipsius decreto atque mensura singula complebuntur: et usque in generationes sempiternas suum ordinem non relinquent. Haec juxta Hebraicum et explanationem historicam dicta sint. Caeterum qui tropologiam sequuntur, expulso populo Judaeorum sub bestiarum et portentorum nominibus, idololatras et variis superstitionibus servientes in Jerusalem habitaturos esse confirmant: et hos esse onocrotalos et hericios, ibin et corvum, dracones et struthiones, et onocentauros, et daemonia, et pilosos, et lamiam, quae Hebraice dicitur LILITH (); et a solo Symmacho translata est lamia, quam quidam Hebraeorum á¼ÏÎ¹Î½Î½á½´Î½, id est, furiam suspicantur. Et revera si consideremus de diversis gentibus adductas Jerusalem colonias, et juxta ritum provinciarum suarum, singulas familias propriorum daemonum coluisse portenta, haec omnia in Jerusalem habitasse firmabimus. Quodque LXX transtulerunt: Ibi obviaverunt sibi cervi, et viderunt facies suas: numero transierunt, unus ex ipsis non periit, nec quaesivit alterum. Dominus enim praecepit eis, et spiritus ejus congregavit eos: et ipse dedit eis sortes, et manus illius dividet eis: ut pascantur in sempiternum, et possideant in generatione generationum, et requiescant in ea: sic allegorice interpretabimur, ut doceamus cervos, id est, Apostolos, et sanctos quosque doctores, de quibus scriptum est: sicut desiderat cervus ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te, Deus (Ps. XLI, 1); et alibi: Vox Domini perficientis cervos (Ps. XXVIII, 9); et rursum: Cervus amicitiae et pullus gratiarum tuarum loquantur tibi (Prov. V); et in Job: Custodisti autem mentes cervorum, et partus eorum emittes (Job. XXXIX, 2); et in Cantico Canticorum dicitur: Similis est fratruelis meus capreae, vel hinnulo cervorum super montes aromatum (Cant. II, 9); obviasse sibi in Jerusalem et mutuos vidisse conspectus, et transisse ac reliquisse eam, et ad diverseas provincias perrexisse, quia Dominus mandaverit eis: Ite et docete 446 omnes gentes baptizantes eas in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti (Matth. XXVIII, 19); et spiritus illius congregaverit eos, dederitque eis sortes atque diviserit, ut alius ad Indos, alius ad Hispanias, alius ad Illyricum, alius ad Graeciam pergeret: et unusquisque in Evangelii sui atque doctrinae provincia requiesceret. Quae nos super Jerusalem diximus prophetari, et Judaei de Romano dicta imperio suspicantur, nonnulli ad orbem referunt, ne a prioribus discrepare videantur.

Entre cuyas cosas el Profeta habla a los oyentes: Oh hombres (o todos) los que me oís hablar, lo que pronuncio que ha de venir, con la realidad todo se cumplirá. Pues en el libro del Señor están escritas, y su sentencia definida, y ni una siquiera será irrita. Pues lo que procede de mi boca, él lo mandó, esto es, yo por cierto hablo; pero las palabras son del Señor, y por su espíritu lo que se ha dicho será perpetrado. Por su decreto y medida cada cosa se cumplirá: y hasta en las generaciones sempiternas no dejarán su orden. Esto se diga según el hebreo y la explicación histórica. Por lo demás, quienes siguen la tropología, expulsado el pueblo de los judíos bajo los nombres de las bestias y los portentos, confirman que los idólatras y los que sirven a varias supersticiones han de habitar en Jerusalén: y que estos son los pelícanos y erizos, el ibis y el cuervo, los dragones y avestruces, y los onocentauros, y los demonios, y los vellosos, y la lamia, que en hebreo se llama LILITH; y solo por Simaco fue traducida como 'lamia', la cual algunos de los hebreos sospechan que es una furia (erinnyen). Y en verdad, si consideramos las colonias de diversas gentes traídas a Jerusalén, y que según el rito de sus provincias cada familia cultivó los portentos de sus propios demonios, afirmaremos que todas estas cosas habitaron en Jerusalén. Y lo que los LXX tradujeron: 'Allí se encontraron entre sí los ciervos, y vieron sus caras: pasaron en número, uno de ellos no pereció, ni buscó al otro. Pues el Señor les mandó, y su espíritu los congregó: y él mismo les dio las suertes, y su mano se las divide: para que se apacienten para siempre y posean de generación en generación, y descansen en ella': así lo interpretaremos alegóricamente, para enseñar que los ciervos, esto es, los Apóstoles y todos los santos doctores, de quienes está escrito: 'como desea el ciervo las fuentes de las aguas, así desea mi alma a ti, Dios' (Sal 41, 1); y en otro lugar: 'Voz del Señor que perfecciona a los ciervos' (Sal 28, 9); y de nuevo: 'El ciervo de la amistad y el cachorro de tus gracias te hablen' (Prov 5); y en Job: 'Custodiaste las mentes de los ciervos, y emitirás sus partos' (Job 39, 2); y en el Cantar de los Cantares se dice: 'Semejante es el hijo de mi hermano a la corza, o al cervatillo de los ciervos sobre los montes de los aromas' (Cant 2, 9); se encontraron entre sí en Jerusalén y vieron sus mutuos conspectos, y pasaron y la dejaron, y marcharon a diversas provincias, porque el Señor les mandó: 'Id y enseñad a todas las gentes bautizándolas en el nombre del Padre, y del Hijo, y del Espíritu Santo' (Mt 28, 19); y su espíritu los congregó, y les dio las suertes y los dividió, para que uno fuera a los indios, otro a las Hispanias, otro al Ilírico, otro a Grecia: y cada uno descansara en la provincia de su Evangelio y doctrina. Lo que nosotros dijimos que se profetizaba sobre Jerusalén, y los judíos sospechan que se dice sobre el imperio romano, algunos lo refieren al orbe, para no parecer que discrepan de los anteriores.

(Cap. XXXV.---Vers. 1, 2.) Laetabitur deserta et invia, et exsultabit solitudo, et florebit quasi lilium. Germinans germinabit: et exsultabit laetabunda et laudans. Gloria Libani data est ei, decor Carmeli et Saron. Ipsi videbunt gloriam Domini: et decorem Dei nostri. LXX: Laetare desertum sitiens, et exsultet solitudo, et floreat quasi lilium. Florebunt et exsultabunt deserta Jordanis: gloria Libani data est ei, et honor Carmeli: et populus meus videbit gloriam Domini, et altitudinem Dei nostri.

Quoniam Jerusalem conversa est in picem et ascendit fumus illius sempiternus, et habitant in ea onocrotalus et hericius, ibis et corvus, dracones et struthiones, daemonia et onocentauri, lamia et pilosi: et Domini super eam impleta sententia est: Relinquetur vobis domus vestra deserta (Luc. XIII, 35): propterea quae prius deserta fuerat, de qua in psalmo dicitur: Vox Domini concutientis solitudinem [Al. desertum], et commovebit Dominus desertum Cades. Vox Domini praeparantis cervos; et revelabit condensa silvarum (Psal. XXVIII, 8, 9), mutabitur in rerum omnium abundantiam, et pugnantibus cervis, de universis saltibus nationum bestiae, quae eas prius possederant, expellentur, ut impleatur illud quod in hoc eodem Propheta dicitur: Laetare sterilis, quae non paris: erumpe et clama, quae non parturis; quoniam plures sunt filii desertae, magis quam ejus quae habet virum (Isai. LIV. 1). Haec erat prius sitiens, sive invia, non habens vitales aquas, et Dominus non gradiebatur [Al. ingrediebatur] per eam, quae nunc florebit in lilium, sive ut significantius expressit Aquila, Î¤Î±Î»ÏÎ¤ÏÎ¹Ï, quam nos tumentem rosam et necdum foliis dilatatis possumus dicere. Florebit autem, ut cum Apostolo pronuntiet: Christi bonus odor sumus in omni loco (II Cor. II, 15). Et illud Cantici Canticorum: 447 Flores visi sunt in terra : mandragorae dederunt odorem suum (Cant. VII, 12, 13). Quodque in LXX ponitur, et exsultabunt deserta Jordanis, in Hebraico quidem non habetur, sed possumus dicere Joannis:

(Vers. 3, 4.) Confortate manus dissolutas, et genua debilia roborate. Dicite pusillanimis (sive meticulosis), confortamini, et nolite timere, ecce Deus vester ultionem adducet retributionis: Deus ipse veniet, et salvabit vos (sive ut LXX transtulerunt, nos). Tunc aperientur oculi caecorum, et aures surdorum patebunt (vel audient). Tunc saliet sicut cervus claudus, et aperta erit lingua mutorum, quia scissae sunt in deserto aquae, et torrentes in solitudine, et quae erat arida in stagnum (sive paludes,), et sitiens in fontes aquarum.

(Cap. XXXV. — Vers. 1, 2.) "Se alegrará el desierto y la tierra sin camino, y exultará la soledad, y florecerá como el lirio. Germinando germinará: y exultará jubilosa y alabando. La gloria del Líbano le ha sido dada, el decoro del Carmelo y de Sarón. Ellos mismos verán la gloria del Señor: y el decoro de nuestro Dios". Los LXX: "Alégrate, desierto sediento, y exulte la soledad, y florezca como el lirio. Florecerán y exultarán los desiertos del Jordán: la gloria del Líbano le ha sido dada, y el honor del Carmelo: y mi pueblo verá la gloria del Señor, y la altura de nuestro Dios".

Puesto que Jerusalén ha sido convertida en pez y su humo asciende sempiterno, y habitan en ella el pelícano y el erizo, el ibis y el cuervo, los dragones y las avestruces, los demonios y los onocentauros, la lamia y los vellosos: y se ha cumplido sobre ella la sentencia del Señor: "Se os dejará vuestra casa desierta" (Lc 13, 35): por eso la que antes había sido desierto, de la cual se dice en el salmo: "Voz del Señor que sacude la soledad [o: el desierto], y conmoverá el Señor el desierto de Cades. Voz del Señor que prepara a los ciervos; y revelará lo espeso de las selvas" (Sal 28, 8. 9), se mudará en abundancia de todas las cosas, y al luchar los ciervos, las bestias que antes las poseían serán expulsadas de todos los sotos de las naciones, para que se cumpla aquello que se dice en este mismo Profeta: "Alégrate, estéril, la que no pares: prorrumpe y clama, la que no estás de parto; porque muchos son los hijos de la desolada, más que de la que tiene marido" (Is 54, 1). Esta estaba antes sedienta, o sin camino, no teniendo las aguas vitales, y el Señor no caminaba por ella, la cual ahora florecerá en lirio, o como lo expresó más significativamente Aquila, *kalykosis*, que nosotros podemos llamar rosa que brota y aún no dilatada en sus pétalos. Florecerá, además, para que con el Apóstol proclame: "Buen olor de Cristo somos en todo lugar" (2 Cor 2, 15). Y aquello del Cantar de los Cantares: "Las flores se han visto en la tierra: las mandrágoras dieron su olor" (Cant 7, 12. 13). Y eso que se pone en los LXX, "y exultarán los desiertos del Jordán", por cierto no se tiene en el hebreo, pero podemos decir de Juan:

(Vers. 3, 4.) "Fortaleced las manos flojas, y robusteced las rodillas débiles. Decid a los pusilánimes (o miedosos): Esforzaos, y no temáis; he aquí que vuestro Dios traerá la venganza de la retribución: Dios mismo vendrá, y os salvará" (o como tradujeron los LXX: *nos*). "Entonces se abrirán los ojos de los ciegos, y los oídos de los sordos se abrirán" (o: *oirán*). "Entonces saltará el cojo como un ciervo, y será abierta la lengua de los mudos, porque han brotado aguas en el desierto, y torrentes en la soledad. Y la que era tierra árida se convertirá en estanque" (o: *paludes*), "y la sedienta en fuentes de aguas.

In cubilibus, in quibus prius dracones habitabant, orietur viror calami et junci (pro quo LXX transtulerunt: Erit ibi laetitia avium, et caulae gregum). Et erit ibi semita et via (sive via munda) et via sancta vocabitur, non transibit per eam pollutus. Et haec erit nobis directa via: ita ut stulti non errent per eam (vel ut LXX transtulerunt, neque erit ibi via immunda, qui autem dispersi sunt, transibunt per eam, et non errabunt. Non erit, inquit, ibi leo, et mala bestia non ascendet per eam, nec invenietur ibi, sed ambulabunt per eam, qui liberati fuerint. Et redempti a Domino convertentur, et venient in Sion cum laude, et laetitia sempiterna super caput eorum. Gaudium et laetitiam obtinebunt: et fugiet dolor et gemitus. (Isai. XXXV, 10)*"

Utramque editionem miscuimus, ne in proponendis singulis, librorum magnitudo tendatur, quae [Al. quia] jam modum brevitatis excedit. Apostolis, de quibus supra dictum est: Ipsi videbunt gloriam Domini et decorem Dei nostri, praecipitur, ut confortent manus in gentibus dissolutas, et genua debilia roborent; ut qui prius manibus dissolutis opus Dei facere non poterant, et aridam habebant dexteram, extendant eam ad bona opera. Et qui dudum inter idola diversis erroribus claudicabant, firmo super veritatem incedant gradu: et pusillanimes sive formidolosos fide Domini confirmantes, faciant non timere, uniusque Dei metus universi erroris expellat timores. Causa autem est securitatis atque constantiae, quia venturus est Christus, cui Pater dedit omne judicium: et reddet unicuique secundum opera sua (Joan. V). Ipse veniet et salvabit vos, quibus dicitur, nolite timere: sive nos, ut salutem cum credentibus Apostoli dicant sibi esse communem. Tunc aperientur oculi caecorum, et aures surdorum patebunt. Tunc saliet sicut cervus, claudus: et aperta erit lingua mutorum.

Quod quamquam signorum magnitudine completum sit, quando Dominus loquebatur discipulis Joannis, qui ad eum missi fuerant: Euntes renuntiate Joanni quae audistis et vidistis: caeci vident: claudi ambulant: leprosi mundantur: surdi audiunt: mortui resurgunt: pauperes evangelizantur (Luc. VII, 22); tamen quotidie expletur in gentibus, quando qui prius caeci erant, et in ligna et lapides impingebant, veritatis lumen aspiciunt. Et qui Scripturarum verba surdis auribus audire non poterant, nunc ad Dei praecepta laetantur; quando qui prius claudi erant, et rectam viam non tenebant, saliunt sicut cervi, imitantes doctores suos, et aperta erit lingua mutorum, quorum 449 Satanas ora concluserat, ne possent unum Dominum confiteri. Idcirco autem aperientur oculi, aures audient, salient claudi, et aperta erit lingua mutorum, quia scissae sunt, sive eruperunt in deserto quondam Ecclesiae aquae baptismi salutaris, et torrentes ac rivi in solitudine, diversae scilicet gratiae spirituales:

En los cubiles en los que antes habitaban los dragones, nacerá el verdor de la caña y del junco" (por lo cual los LXX tradujeron: *Habrá allí alegría de las aves, y apriscos de los rebaños*). "Y habrá allí una senda y un camino" (o: *camino limpio*) "y será llamado camino santo, no pasará por él el manchado. Y este será para nosotros un camino derecho: de modo que los necios no erren por él" (o como tradujeron los LXX: *ni habrá allí camino inmundo, sino que los que fueron dispersados pasarán por él, y no errarán. No habrá*, dice, *allí león, y la mala bestia no subirá por él, ni se hallará allí, sino que caminarán por él los que hubieren sido liberados. Y los redimidos por el Señor se convertirán, y vendrán a Sion con alabanza, y alegría sempiterna sobre su cabeza. Obtendrán gozo y alegría: y huirá el dolor y el gemido. (Is 35, 10)*"

Hemos mezclado ambas ediciones para que, al proponer cada una individualmente, no se extienda la magnitud de los libros, la cual ya excede el modo de la brevedad. A los Apóstoles, de quienes arriba se dijo: "Ellos mismos verán la gloria del Señor y el decoro de nuestro Dios", se les manda que conforten las manos flojas en las naciones, y robustezcan las rodillas débiles; para que quienes antes con manos flojas no podían hacer la obra de Dios, y tenían la diestra árida, la extiendan a las buenas obras. Y quienes hace poco cojeaban entre los ídolos en diversos errores, caminen con paso firme sobre la verdad: y confirmando a los pusilánimes o miedosos con la fe del Señor, hagan que no teman, y el miedo al único Dios expulse los temores del error universal. La causa, además, de la seguridad y la constancia es que vendrá Cristo, a quien el Padre dio todo juicio: y devolverá a cada uno según sus obras (Jn 5). Él mismo vendrá y os salvará, a quienes se dice "no temáis": o *nos*, para que los Apóstoles digan que la salvación les es común con los creyentes. "Entonces se abrirán los ojos de los ciegos, y los oídos de los sordos se abrirán. Entonces saltará el cojo como un ciervo: y será abierta la lengua de los mudos".

Lo cual, aunque se haya cumplido por la magnitud de los signos, cuando el Señor hablaba a los discípulos de Juan, que habían sido enviados a Él: "Id y anunciad a Juan lo que habéis oído y visto: los ciegos ven, los cojos andan, los leprosos son limpiados, los sordos oyen, los muertos resucitan, a los pobres se les anuncia el evangelio" (Lc 7, 22); sin embargo, diariamente se cumple en las naciones, cuando quienes antes eran ciegos, y tropezaban en leños y piedras, miran la luz de la verdad. Y quienes no podían oír las palabras de las Escrituras con oídos sordos, ahora se alegran ante los preceptos de Dios; cuando quienes antes eran cojos, y no mantenían el camino recto, saltan como ciervos, imitando a sus doctores, y se abre la lengua de los mudos, cuyas bocas Satanás había cerrado para que no pudieran confesar al único Señor. Por eso se abrirán los ojos, oirán los oídos, saltarán los cojos y se abrirá la lengua de los mudos, porque han brotado, o han surgido en el desierto que antes era la Iglesia, las aguas del bautismo saludable, y torrentes y arroyos en la soledad, a saber, diversas gracias espirituales:

et quae erat arida, in stagnum paludesque conversa est, ut non solum careret ardore sitis sed navigabilis esset et irrigua, et haberet fontes plurimos, quos cervus desiderat, quos qui biberit, potest benedicere Domino, juxta illud quod scriptum est: Benedicite Domino de fontibus Israel (Ps. LXVII, 27). In cubilibus animarum gentilium, in quibus prius dracones habitabant, erunt calamus et juncus, quibus scribatur fides Domini, et in quibus fessa prius membra requiescant; sive erit laetitia avium, et caulae gregum: ut assumant alas columbae, et humilia relinquentes, ad excelsa festinent, possintque cum Psalmista dicere, Dominus pascit me, et nihil mihi deerit: in loco pascuae ibi me collocavit: super aquas refectionis educavit me. Ibi erit semita, et via mundissima, quae sancta vocabitur, et quae dicit ipsa de se: Ego sum via (Joann. XIV, 6), per quam qui pollutus est, transire non poterit. Unde et in psalmo dicitur, Beati immaculati in via (Ps. CXIII, 1). Et haec via erit nobis, id est, Deus noster, tam recta et plana atque campestris, ut nullum habeat errorem: et stulti atque vecordes per eam ingredi valeant, quibus in Proverbiis loquitur Sapientia: Si quis est parvulus, veniat ad me. Et insipientibus locuta est, venite et comedite panem meum, et bibite vinum quod miscui vobis. Relinquite infantiam, et vivite, et ambulate 450 per vias prudentiae (Prov. V, 4-6). Stulta enim mundi elegit Deus (I Cor. I): quorum stultorum princeps loquitur in psalmo, Deus tu scis insipientiam meam. Et stultum Dei sapientius est hominibus (Ps. LXVIII, 6). Unde LXX transtulerunt: Et qui dispersi fuerant (I Cor. II), et a societate Domini separati, nequaquam errabunt. Sequitur, Non erit ihi leo: adversarius noster diabolus, qui circuit rugiens, quomodo ovile Domini possit intrare (I Petr. V). Et malae bestiae, satellites ejus, non ascendent per eam. Neque enim vestigium colubri in petra inveniri potest. Ambulabunt autem per eam qui liberati fuerint de vinculis peccatorum, et redempti sanguine Salvatoris, et egerint poenitentiam; et venerint in Sion, de qua saepius diximus: Accessistis ad Sion montem, et civitatem Dei viventis Jerusalem coelestem (Hebr. XII, 22); ne more Judaico auream quaeramus Sion, et gemmatam Jerusalem, quae juxta prophetiam Danielis, in aeternos cineres dissoluta est (Daniel. IX). Eritque laetitia sempiterna laudantium Dominum super caput eorum, ut postquam saeculum vicerint, possint cum Apostolo et Propheta dicere: Cursum consummavi, fidem servavi, de caetero reposita est mihi corona justitiae (II Tim. IV, 7, 8): et, Domine, ut scuto bonae voluntatis tuae coronasti nos (Ps. V, 13). Tunc succedente gaudio atque laetitia, fugiet dolor et gemitus, quando venerit ex Sion qui eruat.

y la que era árida, se ha convertido en estanque y marismas, para que no solo careciera del ardor de la sed, sino que fuera navegable e irrigada, y tuviera muchísimas fuentes, que el ciervo desea, de las cuales quien beba puede bendecir al Señor, según aquello que está escrito: "Bendecid al Señor desde las fuentes de Israel" (Sal 67, 27). En los cubiles de las almas de los gentiles, en los que antes habitaban los dragones, habrá caña y junco, con los que se escriba la fe del Señor, y en los que descansen los miembros antes cansados; o habrá alegría de las aves, y apriscos de los rebaños: para que tomen las alas de la paloma y, dejando lo humilde, se apresuren a lo alto, y puedan decir con el Salmista: "El Señor me pastorea, y nada me faltará: en lugar de pastos allí me colocó: sobre aguas de refrigerio me educó". Allí habrá una senda, y un camino limpísimo, que será llamado santo, y que dice de sí mismo: "Yo soy el camino" (Jn 14, 6), por el cual quien está manchado no podrá pasar. Por lo cual también en el salmo se dice: "Bienaventurados los inmaculados en el camino" (Sal 118, 1). Y este camino será para nosotros, esto es, nuestro Dios, tan recto y plano y liso que no tenga ningún error: y los necios e insensatos puedan entrar por él, a quienes en los Proverbios habla la Sabiduría: "Si alguno es párvulo, venga a mí". Y a los insipientes habló: "Venid y comed mi pan, y bebed el vino que he mezclado para vosotros. Dejad la infancia y vivid, y caminad por las vías de la prudencia" (Prov 9, 4-6). Pues Dios eligió lo necio del mundo (1 Cor 1): de cuyos necios el príncipe habla en el salmo: "Dios, tú sabes mi insensatez. Y lo necio de Dios es más sabio que los hombres" (Sal 68, 6; 1 Cor 1, 25). Por lo cual los LXX tradujeron: "Y los que habían sido dispersados", y separados de la sociedad del Señor, de ninguna manera errarán. Sigue: "No habrá allí león": nuestro adversario el diablo, que ronda rugiendo, viendo cómo puede entrar en el redil del Señor (1 Pe 5). Y las malas bestias, sus satélites, no subirán por él. Pues ni siquiera el rastro de la culebra puede hallarse en la roca. Caminarán, empero, por él los que hayan sido liberados de los vínculos de los pecados, y redimidos por la sangre del Salvador, y hayan hecho penitencia; y hayan venido a Sion, de la cual muy a menudo hemos dicho: "Os habéis acercado al monte Sion, y a la ciudad del Dios vivo, la Jerusalén celestial" (Heb 12, 22); para que al modo judaico no busquemos una Sion de oro y una Jerusalén enjoyada, la cual, según la profecía de Daniel, se ha disuelto en cenizas eternas (Dan 9). Y habrá alegría sempiterna de los que alaban al Señor sobre su cabeza, para que después de que hayan vencido al mundo, puedan decir con el Apóstol y el Profeta: "He consumado mi carrera, he guardado la fe, por lo demás me está reservada la corona de la justicia" (2 Tim 4, 7. 8): y: "Señor, como con escudo de tu buena voluntad nos coronaste" (Sal 5, 13). Entonces, sucediendo el gozo y la alegría, huirá el dolor y el gemido, cuando venga de Sion quien libre.

Quae omnia nos juxta apostolum Paulum in primo Salvatoris interpretamur adventu: Judaei autem et nostri Judaizantes, ad secundum referunt, unius occasione versiculi, Convertentur et venient in Sion cum laude, hostiarum sanguinem, cunctarumque gentium servitutem, et uxorum pulchritudinem desiderantes.

Todas estas cosas nosotros, según el apóstol Pablo, las interpretamos en el primer advenimiento del Salvador: pero los judíos y nuestros judaizantes las refieren al segundo, por ocasión de un solo versículo: "Se convertirán y vendrán a Sion con alabanza", deseando la sangre de las víctimas, y la servidumbre de todas las naciones, y la belleza de las esposas.

LIBER UNDECIMUS.

451-452 Difficile, immo impossibile est placere omnibus: nec tanta vultuum, quanta sententiarum diversitas est. In explanatione duodecim prophetarum longior quibusdam visus sum, quam oportuit; et ob hanc causam in Commentariolis Danielis brevitati studui, praeter ultimam et penultimam visionem, in quibus me necesse fuit ob obscuritatis magnitudinem sermonem tendere: praecipueque in expositione septem et sexaginta duarum et unius hebdomadarum, in quibus disserendis quid Africanus temporum scriptor, quid Origenes, et Caesariensis Eusebius, Clemens quoque Alexandrinae Ecclesiae presbyter, et Apollinaris Laodicenus. Hippolytusque, et Hebraei, et Tertullianus senserint, breviter comprehendi: lectoris arbitrio derelinquens quid de pluribus eligeret. Itaque quod nos verecundia fecimus judicandi, et eorum honore qui lecturi erant, quibusdam forte non placeat, qui non Antiquorum opiniones, sed nostram sententiam scire desiderant. Quibus facilis responsio est, noluisse me sic unum recipere, ut viderer alios condemnare. Et certe si tanti et tam eruditi viri fastidiosis lectoribus displicent, quid de me facturi erant, qui pro tenuitate ingenioli invidorum morsibus pateo? Sin autem supradictos viros, magistros Ecclesiae nominavi, illud intelligant, me non omnium probare fidem, qui certe inter se contrarii sunt; sed ad distinctionem Josephi, Porphyriique dixisse, qui de hac quaestione plurima disputarunt. Quod si in expositione statuae pedumque ejus, et digitorum discrepantia, ferrum et testam super Romano regno interpretatus sum, quod primum forte, dein imbecillum Scriptura portendit, non mihi imputent, sed Prophetae. Neque enim sic adulandum est principibus, ut sanctarum Scripturarum veritas negligatur, nec generalis disputatio unius personae injuria est. Quae cum benigno meorum studio caveretur, Dei judicio repente sublata est: ut amicorum in me studia, et aemulorum insidiae monstrarentur. Sed haec alias: nunc quod coepimus exequamur. Undecimus in Isaiam liber, o virgo Christi Eustochium, quia magnam partem historiae disserturus est, facilior erit in principiis, et usque ad duas sui partes, reliqua simili more dictanda sunt: et sic studendum brevitati, ut nullum damnum fiat intelligentiae.

LIBRO UNDÉCIMO.

451-452 Es difícil, más aún imposible, complacer a todos: ni hay tanta diversidad de rostros como de opiniones. En la explicación de los doce profetas les pareció a algunos más largo de lo que convenía; y por esta causa en los Pequeños Comentarios sobre Daniel estudié la brevedad, excepto en la última y penúltima visión, en las cuales me fue necesario, por la magnitud de la oscuridad, extender el sermón: y principalmente en la exposición de las setenta y sesenta y dos y una semanas, en cuya discusión qué Africano, el escritor de los tiempos, qué Orígenes, y Eusebio de Cesarea, Clemente también presbítero de la Iglesia de Alejandría, y Apolinar de Laodicea. e Hipólito, y los hebreos, y Tertuliano sintieron, comprendí brevemente: dejando al arbitrio del lector qué elegir de entre muchos. Por tanto, lo que nosotros hicimos por modestia de juzgar, y en honor de los que iban a leer, quizás a algunos no agrade, quienes no desean conocer las opiniones de los antiguos, sino nuestra propia sentencia. Para los cuales la respuesta es fácil: que no quise recibir a uno de tal modo que pareciera condenar a los otros. Y ciertamente si hombres tan grandes y tan eruditos desagradan a los lectores fastidiosos, ¿qué iban a hacer conmigo, que por la delgadez de mi pequeño ingenio estoy expuesto a las mordeduras de los envidiosos? Mas si nombré a los hombres sobredichos como maestros de la Iglesia, entiendan esto: que no apruebo la fe de todos, los cuales ciertamente son contrarios entre sí; sino que lo dije por distinción de Josefo y Porfirio, que disputaron muchísimas cosas sobre esta cuestión. Pero si en la exposición de la estatua y de sus pies, y en la discrepancia de los dedos, interpreté el hierro y el tiesto sobre el reino romano, el cual la Escritura presagia primero fuerte, luego débil, no me lo imputen a mí, sino al Profeta. Pues ni se ha de adular de tal modo a los príncipes que se descuide la verdad de las santas Escrituras, ni una disputa general es injuria de una sola persona. La cual, aunque era precavida por el benigno estudio de los míos, por el juicio de Dios fue súbitamente quitada: para que se mostraran los estudios de los amigos hacia mí, y las acechanzas de los émulos. Pero esto en otro lugar: ahora ejecutemos lo que empezamos. El undécimo libro sobre Isaías, oh virgen de Cristo Eustoquio, porque ha de disertar una gran parte de la historia, será más fácil en sus principios, y hasta en sus dos partes; lo demás ha de ser dictado de modo semejante: y así ha de estudiarse la brevedad, de modo que no se haga ningún daño a la inteligencia.

(Cap. XXXVI.---Vers. 1 seqq.) Et factum est in quarto decimo anno regis Ezechiae, ascendit Sennacherib rex Assyriorum super omnes civitates Juda munitas et cepit eas. Et misit rex Assyriorum Robsacen de Lachis in Jerusalem ad regem Ezechiam in manu gravi, et stetit in aquaeductu piscinae superioris, in via agri fullonis. Et egressus est ad eum Eliacim filius Helciae, qui erat super domum: et Sobna scriba, et Joahe filius Asaph a commentariis, et dixit ad eos Rabsaces: Dicite Ezechiae: Haec dicit rex magnus, rex Assyriorum: Quae est ista fiducia qua confidis? aut quo consilio et fortitudine rebellare disponis? super quem habes fiduciam, quia recessisti a me? Ecce confidis super baculum arundineum confractum istum, super Aegyptum: cui si innixus fuerit homo, intrabit in manum ejus, et perforabit eam: sic est Pharao rex Aegypti omnibus qui confidunt in eo. Quod si responderis mihi, in Domino Deo nostro confidimus, nonne ipse est cujus abstulit Ezechias excelsa et altaria; et dixit Judae et Jerusalem: Coram altari isto adorabitis? Et nunc trade te Domino meo regi Assyriorum, et dabo tibi duo millia equorum, nec poteris ex te praebere ascensores eorum. Et quomodo sustinebis faciem judicis unius loci ex servis Domini mei minoribus? quod si confidis in Aegypto: et in quadrigis, et in equitibus: et nunc numquid sine Domino ascendi ad terram istam, ut disperderem eam? Dominus dixit ad me: Ascende super terram istam, et disperde eam.

Historia manifesta est, et interpretatione non indiget: pleniusque in Regum et Dierum voluminibus haec eadem scripta referuntur, quod anno tertio Osee filii Hela regis Israel, regnaverit Ezechias filius Achaz regis Juda. Viginti quinque, inquit, annorum erat cum regnare coepisset, et viginti et novem annis regnavit in Jerusalem, et fecit quod erat bonum coram Domino, juxta omnia quae fecerat David pater ejus. Et post paululum: In Domino Deo Israel speravit, et post eum non fuit similis illi, de cunctis regibus Juda, sed neque in his qui ante eum fuerunt: adhaesit Domino, et non recessit a vestigiis ejus: fecitque mandata ejus quae praeceperat Dominus Moysi: unde et erat Dominus cum eo, et in cunctis ad quae procedebat, sapienter se agebat (IV Reg. XVIII, 2, 7). Rebellavit autem contra regem Assyriorum, et non servivit ei: in cujus sexto anno imperii, Salmanasar rex Assyriorum cepit Samariam, et decem tribus quae appellabantur Israel; et transtulit eas in Assyrios, collocavitque in Hala et Habor fluviis Gozan, in civitatibus Medorum (IV Reg. XVII, et XVIII). Post annos autem septem, id est, quarto decimo anno Ezechiae, rex Assyriorum Sennacherib ingressus Judaeam, obsedit civitates ejus munitas, volens eas capere. Cumque obsideret Lachis, misit ad eum Ezechias nuntios, dicens: Peccavi, recede a me, et omne quod imposueris mihi, feram. Cumque trecenta talenta argenti, et triginta auri ad regis 454 imperium persolvisset, fractis januis Templi Domini, et laminis ejus detractis, quas ipse affixerat, misit rex Assyriorum Thartan et Rabsacen de Lachis ad regem Ezechiam cum manu valida Jerusalem:

(Cap. XXXVI. — Vers. 1 y ss.) "Y sucedió en el decimocuarto año del rey Ezequías, que subió Senaquerib rey de los asirios sobre todas las ciudades amuralladas de Judá y las tomó. Y envió el rey de los asirios a Rabsaces desde Laquis a Jerusalén, al rey Ezequías, con mano pesada, y se detuvo junto al acueducto del estanque superior, en el camino del campo del batanero. Y salió a él Eliacim hijo de Helcías, que estaba sobre la casa, y Sobna el escriba, y Joahe hijo de Asaf el de las crónicas. Y les dijo Rabsaces: Decid a Ezequías: Esto dice el gran rey, el rey de los asirios: ¿Qué confianza es esa en la que confías? ¿o con qué consejo y fortaleza dispones rebelarte? ¿en quién tienes confianza, que te has apartado de mí? He aquí que confías sobre este báculo de caña quebrado, sobre Egipto: sobre el cual si se apoyara un hombre, entrará en su mano y la perforará: así es Faraón rey de Egipto para todos los que confían en él. Mas si me respondieras: En el Señor Dios nuestro confiamos; ¿no es él aquel cuyas alturas y altares Ezequías quitó, y dijo a Judá y a Jerusalén: Delante de este altar adoraréis? Y ahora entrégate a mi señor el rey de los asirios, y te daré dos mil caballos, y tú no podrás por tu parte ofrecer jinetes para ellos. ¿Y cómo sostendrás la cara de un juez de un solo lugar de entre los siervos menores de mi señor? pero si confías en Egipto: y en las cuadrigas, y en los jinetes: ¿y ahora acaso sin el Señor he subido a esta tierra para dispersarla? El Señor me dijo: Sube sobre esta tierra y dispérsala".

La historia es manifiesta y no necesita interpretación: y más plenamente en los volúmenes de los Reyes y de los Días se refieren estos mismos escritos, que en el tercer año de Oseas hijo de Ela rey de Israel, reinó Ezequías hijo de Acaz rey de Judá. "De veinticinco años era", dice, "cuando comenzó a reinar, y veintinueve años reinó en Jerusalén, e hizo lo que era bueno ante el Señor, conforme a todo lo que había hecho David su padre". Y después de un poco: "En el Señor Dios de Israel esperó, y después de él no hubo semejante a él de entre todos los reyes de Judá, ni entre los que fueron antes de él: se adhirió al Señor y no se apartó de sus huellas: e hizo sus mandamientos que el Señor había mandado a Moisés: por lo cual también el Señor estaba con él, y en todo aquello a lo que procedía, se conducía sabiamente" (2 Rey 18, 2. 7). Se rebeló, empero, contra el rey de los asirios y no le sirvió: en cuyo sexto año de imperio, Salmanasar rey de los asirios tomó Samaria y las diez tribus que se llamaban Israel; y las trasladó a los asirios, y las colocó en Hala y Habor ríos de Gozán, en las ciudades de los medos (2 Rey 17 y 18). Mas después de siete años, esto es, en el decimocuarto año de Ezequías, el rey de los asirios Senaquerib, habiendo entrado en Judea, sitió sus ciudades amuralladas, queriendo tomarlas. Y cuando sitiaba Laquis, Ezequías le envió mensajeros, diciendo: "Pequé, apártate de mí, y todo lo que me impongas, lo llevaré". Y habiendo pagado trescientos talentos de plata y treinta de oro al imperio del rey, rotas las puertas del Templo del Señor y quitadas sus láminas, que él mismo había fijado, envió el rey de los asirios a Tartán y Rabsaces desde Laquis al rey Ezequías con mano fuerte a Jerusalén:

qui cum ascendissent, venerunt in Jerusalem, et steterunt contra aquaeductum piscinae superioris, quae est in via agri fullonis, vocaveruntque ad se regem. Egressus est autem ad eos Eliacim filius Helciae praepositus domus, et Sobna scriba, et Joahe filius Asaph, a commentariis; dixitque ad eos Rabsaces: Loquimini Ezechiae: Haec dixit rex magnus, rex Assyriorum, et caetera quae in historia continentur.

In quo arrogantia consideranda Rabsacis, quod velut quaedam contraria fortitudo, imitatur consuetudinem Prophetarum, ut quod illi solent in prologis ponere: Haec dicit Dominus, quo auctoritatem et magnitudinem loquentis ostendat, iste nunc dixerit: Haec dicit rex magnus, rex Assyriorum. Egressus est autem ad eum Eliacim filius Helciae qui erat praepositus domus, et Sobna scriba, et Joahe filius Asaph, a commentariis. Iste est Eliacim filius Helciae, de quo in Visione vallis Sion supra (Ad cap. XXII, 20, 21) legimus: Vocabo servum meum Eliacim filium Helciae, et induam illum tunica tua, et cingulo tuo confortabo eum, et potestatem tuam dabo in manu ejus, et erit quasi pater habitantium in Jerusalem, et domui Juda, et caetera. Haec autem dicuntur ad Sobnam, qui ante eum praepositus Templi fuit, de quo in eadem scriptum est visione: Vade et ingredere ad eum qui habitat in tabernaculo, ad Sobnam praepositum Templi (Ibid., 15), quem tradunt Hebraei Rabsacis comminatione perterritum tradidisse manus Assyriis, et inferiorem partem Jerusalem adversariis prodidisse, exceptaque arce Sion et Templo, nihil aliud remansisse quod non tenuerit Assyrius. Unde errant qui Sobnam, qui nunc cum Eliacim, et Joahe ad Rabsacen egreditur, eumdem putant quem et supra. Ibi enim Sobna praepositus Templi ponitur, qui ab Assyriis dicitur esse capiendus: hic autem Sobna scriba, hoc est, Î³ŸÎ±Î¼Î¼Î±Ï„Îµá½¶Ï„, qui Hebraice appellatur SOPHER , et est superiori á½Î¼á½½Î½Ï...Î¼Î¿Ï. Rabsacen autem, qui Hebraea lingua locutus sit, filium Isaiae Prophetae Judaei autumant, qui et ipse proditor fuerit: relictumque filium Isaiae alterum, appellari Jasub, qui in lingua nostra relictum sonet. Porro alii arbitrantur eum fuisse Samariten, et 455 idcirco Hebraicum scisse sermonem, et tam audacter et impie Dominum blasphemare. Consideremus ergo verba Rabsacis; ac primum quod dicit: Confidis super baculum arundineum confractum istum, super Aegyptum, falsum est: nulla enim narrat historia quod Ezechias ad Aegyptios miserit, et Pharaonis auxilium postularit. Quodque infert: Si responderis mihi, in Domino Deo nostro confidimus, verum est. Sed rursum jungit mendacium veritati, quod abstulerit Ezechias excelsa illius et altaria. Hoc enim non contra Deum, sed pro Deo fecerat; ut idololatria et veteri errore destructo, juberet Deum adorari in Jerusalem, ubi erat Templum ejus: quamquam legamus pessima consuetudine, in montibus collibusque exstructo jam altari, populum Deo victimas immolasse.

los cuales, habiendo subido, vinieron a Jerusalén y se detuvieron frente al acueducto del estanque superior, que está en el camino del campo del batanero, y llamaron hacia sí al rey. Salió, empero, a ellos Eliacim hijo de Helcías el prepósito de la casa, y Sobna el escriba, y Joahe hijo de Asaf, el de las crónicas; y les dijo Rabsaces: "Hablad a Ezequías: Esto dijo el gran rey, el rey de los asirios", y lo demás que se contiene en la historia.

En lo cual se ha de considerar la arrogancia de Rabsaces, que como una cierta fortaleza contraria imita la costumbre de los Profetas, de modo que lo que ellos suelen poner en los prólogos: "Esto dice el Señor", para mostrar la autoridad y magnitud del que habla, este haya dicho ahora: "Esto dice el gran rey, el rey de los asirios". Salió, empero, a él Eliacim hijo de Helcías que era prepósito de la casa, y Sobna el escriba, y Joahe hijo de Asaf, el de las crónicas. Este es aquel Eliacim hijo de Helcías, de quien leemos arriba en la Visión del valle de Sion (sobre el cap. 22, 20. 21): "Llamaré a mi siervo Eliacim hijo de Helcías, y le vestiré con tu túnica, y con tu cinto le confortaré, y tu potestad daré en su mano, y será como un padre para los habitantes de Jerusalén y para la casa de Judá", y lo demás. Estas cosas, empero, se dicen a Sobna, quien antes de él fue prepósito del Templo, de quien en la misma visión está escrito: "Ve y entra a aquel que habita en el tabernáculo, a Sobna el prepósito del Templo" (Ibíd., 15), de quien refieren los hebreos que, aterrado por la conminación de Rabsaces, entregó sus manos a los asirios y traicionó la parte inferior de Jerusalén a los adversarios, y que, exceptuando la fortaleza de Sion y el Templo, nada más quedó que no tuviera el asirio. Por lo cual yerran quienes piensan que Sobna, que ahora sale con Eliacim y Joahe ante Rabsaces, es el mismo que arriba. Pues allí se pone a Sobna como prepósito del Templo, quien se dice que ha de ser capturado por los asirios: mas aquí Sobna es un escriba, esto es, *grammateus*, quien en hebreo es llamado *SOPHER*, y es homónimo del superior. A Rabsaces, empero, que habló en lengua hebrea, los judíos lo afirman ser hijo del Profeta Isaías, el cual también él habría sido traidor: y que el otro hijo de Isaías que quedó se llamaba Jasub, que en nuestra lengua suena "dejado" (*relictum*). Por lo demás, otros piensan que fue samaritano, y que por eso supo el habla hebrea, y blasfemaba al Señor tan audaz e impíamente. Consideremos, pues, las palabras de Rabsaces; y primero lo que dice: "Confías sobre este báculo de caña quebrado, sobre Egipto", es falso: pues ninguna historia narra que Ezequías haya enviado a los egipcios y postulado el auxilio de Faraón. Y lo que añade: "Si me respondieras: En el Señor Dios nuestro confiamos", es verdadero. Pero de nuevo une la mentira a la verdad, que Ezequías haya quitado sus alturas y altares. Pues esto lo había hecho no contra Dios, sino por Dios; para que, destruida la idolatría y el viejo error, mandara que Dios fuera adorado en Jerusalén, donde estaba su Templo: aunque leamos que por pésima costumbre, en los montes y colinas, habiéndose levantado ya altar, el pueblo inmolaba víctimas a Dios.

Quodque paucitatem obsessorum volens ostendere, equorum duo millia pollicetur, quorum Ezechias ascensores praebere non possit, non de imbecillitate venit populi Judaeorum qui equitandi carebat scientia: sed observatione mandatorum Dei, qui per Moysen super rege praeceperat Israel: Non multiplicabit [Al. multiplicaret] sibi equos: et uxores plurimas non habebit (Deut. XVII, 16, 17). Sin autem me, inquit, servum Sennacherib, qui sum minimus famulorum ejus, non vales sustinere, quomodo tantam regis potentiam sustinebis? Ad id autem quod dixerat: Si responderis mihi in Domino Deo confidimus, callide prudenterque respondit, se non sua voluntate, sed Domini venisse praeceptis. Dominus dixit ad me: Ascende super terram istam, et disperde eam. Et est argumentum: certe sine Domini voluntate huc venire non poteram. Cum autem venerim et multas ceperim civitates, et pars Jerusalem maneat intacta, manifestum est me ejus voluntate venisse. Legi in cujusdam Commentario eumdem esse Sennacherib qui et Samariam ceperit, quod omnino falsum est. Sacra enim narrat Historia primum Phul regem Assyriorum, sub Manahen rege Israel, vastasse decem tribus. Secundum Theglathphalasar sub Phacee filio Romeliae Israel venisse Samariam. Tertium Salmanasar sub Osee rege Israel totam cepisse Samariam (IV Reg. XV, XVII). Quartum fuisse Sargon, qui expugnavit Azotum (Isa. XX). 456 Quintum Asaraddon qui translato Israel, Samaritanos in terram Judaeam custodes miserit (IV Reg. XVII). Sextum Sennacherib qui sub Ezechia rege Judae, capta Lachis et caeteris Judaeae urbibus, obsederit Jerusalem (IV Reg. XVIII). Alii autem unum atque eumdem multis putant nominibus appellari.

(Vers. 11 seqq.) Et dixit Eliacim et Sobna et Joahe ad Rabsacen: Loquere ad servos tuos Syra lingua, intelligimus enim: ne loquaris ad nos Judaice in auribus populi qui est super murum. Et dixit ad eos Rabsaces: Numquid ad Dominum tuum, et ad te misit me Dominus meus, ut loquerer omnia verba ista, et non potius ad viros qui sedent in muro: ut comedant stercora sua, et bibant urinam pedum suorum vobiscum? Et stetit Rabsaces, et clamavit voce magna Judaice, et dixit: Audite verba regis magni, regis Assyriorum. Haec dicit rex: Non seducat vos Ezechias, quia non poterit vos eruere, et non vobis tribuat fiduciam Ezechias super Domino, dicens: Eruens liberabit nos Dominus, non dabitur civitas ista in manu regis Assyriorum. Nolite audire Ezechiam. Haec enim dicit rex Assyriorum.

Accusatio Rabsacis, Ezechiae testimonium est: quod captis cunctis Judaeae urbibus confisus in Domino sit, dixeritque ad populum: Nolite timere, nec paveatis regem Assyriorum, et universam multitudinem quae est cum eo: multo enim plures nobiscum sunt quam cum illo. Cum illo est brachium carneum; nobiscum est Dominus Deus noster, qui auxiliator est noster, pugnatque pro nobis. Et confortatus est, inquit, populus hujuscemodi verbis Ezechiae regis Judae.

Y eso que, queriendo mostrar la escasez de los sitiados, promete dos mil caballos, de los cuales Ezequías no pudiera ofrecer jinetes, no viene de la debilidad del pueblo de los judíos que careciera de la ciencia de cabalgar: sino de la observancia de los mandamientos de Dios, quien por Moisés había mandado sobre el rey de Israel: "No multiplicará para sí caballos: y no tendrá muchísimas esposas" (Deut 17, 16. 17). "Mas si a mí", dice, "siervo de Senaquerib, que soy el menor de sus familiares, no puedes sostener, ¿cómo sostendrás tan gran potencia del rey?". A aquello, empero, que había dicho: "Si me respondes en el Señor Dios confiamos", respondió astuta y prudentemente que él no había venido por su voluntad, sino por los preceptos del Señor. "El Señor me dijo: Sube sobre esta tierra y dispérsala". Y es un argumento: ciertamente sin la voluntad del Señor no pudiera venir aquí. Mas habiendo venido y habiendo tomado muchas ciudades, y quedando una parte de Jerusalén intacta, es manifiesto que vine por su voluntad. Leí en el Comentario de alguien que es el mismo Senaquerib quien también tomó Samaria, lo cual es totalmente falso. Pues la Sagrada Historia narra que primero Phul rey de los asirios, bajo Manahen rey de Israel, devastó las diez tribus. Segundo Teglatfalasar bajo Facee hijo de Romelía de Israel vino a Samaria. Tercero Salmanasar bajo Oseas rey de Israel tomó toda Samaria (2 Rey 15, 17). Cuarto fue Sargón, que expugnó Asdod (Is 20). 456 Quinto Asaradón quien, trasladado Israel, envió a los samaritanos como custodios a la tierra de Judea (2 Rey 17). Sexto Senaquerib quien bajo Ezequías rey de Judá, capturada Laquis y las demás ciudades de Judea, sitió Jerusalén (2 Rey 18). Otros, empero, piensan que uno solo y el mismo es llamado con muchos nombres.

(Vers. 11 y ss.) "Y dijeron Eliacim y Sobna y Joahe a Rabsaces: Habla a tus siervos en lengua siria, pues la entendemos; y no nos hables en lengua judaica a oídos del pueblo que está sobre el muro. Y les dijo Rabsaces: ¿Acaso a tu señor y a ti me envió mi señor para que hablara todas estas palabras, y no antes bien a los hombres que se sientan en el muro, para que coman sus estiércoles y beban la orina de sus pies con vosotros?" Y se detuvo Rabsaces, y clamó con gran voz en lengua judaica, y dijo: "Oíd las palabras del gran rey, el rey de los asirios. Esto dice el rey: No os seduzca Ezequías, porque no podrá libraros, y no os dé Ezequías confianza sobre el Señor, diciendo: Librando nos librará el Señor, no será entregada esta ciudad en mano del rey de los asirios. No oigáis a Ezequías. Pues esto dice el rey de los asirios".

La acusación de Rabsaces es testimonio para Ezequías: de que tomadas todas las ciudades de Judea haya confiado en el Señor, y haya dicho al pueblo: "No temáis, ni os pavoneéis ante el rey de los asirios, y toda la multitud que está con él: pues muchos más están con nosotros que con él. Con el brazo de carne; con nosotros está el Señor Dios nuestro, que es nuestro auxiliador, y lucha por nosotros". Y fue confortado, dice, el pueblo con tales palabras de Ezequías rey de Judá.

Unde Rabsaces destruere vult, quod ille construxerat; et loquitur ad populum, Non seducat vos Ezechias: et non vobis tribuat fiduciam super Domino Deo. Quod autem Eliacim et Sobna, et Joahe humiliter deprecantur: Loquere ad servos tuos Syra lingua, intelligimus enim; et non loquaris ad nos Judaice in auribus populi qui est super murum, hunc sensum habet: Quid necesse est populum falsis terroribus commoveri, et vanam jactare virtutem? loquere linguam quam populus non intelligit. Si quidem nos habemus linguae tuae scientiam: novimusque sermonem Syrum, qui utrisque 457 communis est. Ad quod Rabsaces arroganter: Num, ait, ad Dominum tuum, et ad te misit me Dominus meus, et non potius ad viros qui sedent in muro? Rursumque augens comminatione terrorem, ut comedant, inquit, stercora sua, et bibant urinam pedum suorum vobiscum? per quae ostendit fame eos et penuria, sitique esse capiendos. Simulque illecebram jungit formidini: ut quos terrore non vicerat, repromissionibus et persuasione decipiat, dicens ex sermone regis Assyriorum.

(Vers. 16-18.) Facite mecum benedictionem, et egredimini ad me, et comedite unusquisque vineam suam, et unusquisque ficum suam, et bibite unusquisque aquam cisternae suae: donec veniam, et tollam vos ad terram, quae est similis terrae vestrae: terram frumenti et vini, terram panum et vinearum. Ne conturbet vos Ezechias, dicens: Dominus liberabit nos. Numquid liberaverunt dii gentium unusquisque terram suam de manu regis Assyriorum? Pro quo in Regum volumine legitur: Facite mecum quod est utile, et egredimini ad me (IV Reg. XVIII, 31). Ergo sensus idem est. Facite, inquit, quod vobis prosit, et in benedictionem vestram proficiat. Sive hoc dicit: Benedicite regi Assyrio, et laudate eum, et Dominum confitemini, ut praemia consequamini, et donec revertar de Aegypto, sive capta Lobna, redeam, habitate in urbe vestra; et rebus vestris fruimini. Postea autem veniam, et transferam vos in terram quae similis est terrae vestrae, frumenti, vini et olearum. Nec dicit nomen regionis, quia aequalem terrae repromissionis invenire non poterat: sed similitudinem pollicetur. Hoc enim unusquisque desiderat, in quo natus est. Quidam putant terram eis Mediae repromitti, quae habebat terrae Judaeae similitudinem, tam in situ quam in frugibus. Quodque infert.

(Vers. 19 seqq.) Ubi est Deus Hemath et Arphad? ubi est Deus Sepharvaim? Numquid liberaverunt Samariam de manu mea? Quis est ex omnibus diis terrarum istarum, qui eruerit terram suam de manu mea, ut eruat Dominus Jerusalem de manu mea? Et siluerunt, et non responderunt ei verbum. Mandaverat enim eis rex dicens: Ne respondeatis ei.

Por lo cual Rabsaces quiere destruir lo que aquel había construido; y habla al pueblo: "No os seduzca Ezequías: y no os dé confianza sobre el Señor Dios". Mas lo que Eliacim y Sobna y Joahe humildemente suplican: "Habla a tus siervos en lengua siria, pues la entendemos; y no nos hables en lengua judaica a oídos del pueblo que está sobre el muro", tiene este sentido: ¿Qué necesidad hay de que el pueblo se conmueva con falsos terrores, y de jactar una vana virtud? habla una lengua que el pueblo no entienda. Puesto que nosotros ciertamente tenemos ciencia de tu lengua: y conocemos el habla siria, que es común a ambos. A lo cual Rabsaces arrogantemente: "¿Acaso", dijo, "a tu señor y a ti me envió mi señor, y no antes bien a los hombres que se sientan en el muro?". Y de nuevo aumentando el terror con la conminación: "¿para que coman", dice, "sus estiércoles, y beban la orina de sus pies con vosotros?", por lo cual muestra que por hambre y penuria, y sed han de ser capturados. Y al mismo tiempo une el halago al temor: para que a quienes no había vencido con el terror, los engañe con promesas y persuasión, diciendo por habla del rey de los asirios:

Ningún escritor es tan imperito que no encuentre un lector semejante a sí mismo: y mucho mayor es la parte de los que revuelven las fábulas milesias que los libros de Platón. Pues en uno hay juego y deleite, en el otro dificultad y sudor mezclado con el trabajo. Finalmente, el Timeo, que disputa sobre la armonía del mundo y el curso y números de los astros, el mismo Tulio que lo interpretó confiesa que no lo entiende. En cambio, el Testamento de Grunnio Corocotta Porcello lo cantan en las escuelas las huestes de niños que sueltan carcajadas. Por lo tanto, que nuestro Luscio Lanunino disfrute de sus testigos, o mejor de sus favorecedores; y que venza por la multitud, ya que tal vez venza por el ingenio. A mí me basta el testimonio de unos pocos, y estoy contento con la alabanza de los amigos que, al pedir mis opúsculos, se dejan llevar por el amor hacia nosotros y por el estudio de las Escrituras; y creo que habrá algunos que pretenderán que esto mismo, el hecho de que te dirija la palabra a ti, Eustoquio, esté expuesto a la detracción, sin considerar que Holda y Ana y Débora profetizaron mientras los varones callaban: y que en la servidumbre de Cristo de ninguna manera vale la diferencia de sexos, sino de las mentes. El duodécimo libro, por tanto, de las explicaciones sobre Isaías tendrá este exordio.

(Vers. 27 y ss.) «¿Por qué dices, Jacob, y hablas, Israel: Mi camino está oculto para el Señor, y mi juicio pasará de largo para mi Dios? ¿Acaso no sabes, o no has oído? El Dios sempiterno, el Señor que creó los confines de la tierra, no desfallecerá ni trabajará, ni hay investigación de su sabiduría. El que da virtud al cansado, y a los que no tienen fortaleza, les multiplica el roble. Desfallecerán los niños y trabajarán, y los jóvenes caerán en la enfermedad. Los que, empero, esperan en el Señor, mudarán su fortaleza, asumirán plumas como de águilas, correrán y no trabajarán; caminarán y no desfallecerán».

LXX: «Pues no digas, Jacob, y ¿qué has hablado, Israel: Mi camino está oculto para Dios, y mi Dios mi juicio quitó y se retiró? ¿Y ahora no sabes y no has oído? El Dios eterno, el Dios que creó los confines de la tierra: no tendrá hambre, ni trabajará, ni hay invención de su prudencia. El que da fortaleza a los que tienen hambre, y a los que no se duelen, pesadumbre. Pues tendrán hambre los jóvenes y trabajarán los adolescentes, y los elegidos estarán enfermos. Los que, empero, esperan a Dios, mudarán su fortaleza. Asumirán alas casi como águilas: correrán y no trabajarán; caminarán y no tendrán hambre».

Cum Omnipotentis Dei tanta sit magnitudo, ut nihil eum lateat, et omnia illius arbitrio gubernentur, quare dicis Jacob, id est, duae tribus quae appellabantur Juda; et loqueris Israel, decem aliae tribus in Samaria, quae jam captivae ductae estis in Assyrios: Abscondita est via mea a Domino: et a Deo meo judicium meum transibit? Et est sensus: Dicitis, ad Deum terrena non pertinent, nec considerat quid unusquisque nostrum gerat. Unde et nos ab hostibus injuste opprimimur, et in jumentorum et piscium similitudinem, juxta Abacuc, absque ullo rectore disperdimur (Abac. I). Quibus respondit Deus: Numquid nescis; nec praecedentium Scripturarum te verba docuerunt, sive juxta LXX ignoras, quia non audisti, quod aeternus Deus et Creator omnium Dominus omnia novit, omnia continet, omnia sua majestate dispensat? Nec aliquando deficit, nec laborat; ut tuum judicium non intelligat, et absconditae sint ab eo viae tuae? Nec est, inquit, investigatio sapientiae ejus, de quo loco illud Apostoli sumptum reor: Incomprehensibilia judicia ejus, et investigabiles viae illius (Rom. XI, 33); sive, ut LXX transtulerunt, non esuriet, et non laborabit. Ubi enim cibus, ibi frequenter esuries, si cibum detraxeris: et ubi esuries, ibi et labor. Cum autem in Deo haec non sint, cur ei humanas jungitis passiones? quin potius ipse esurientibus et lassis dat fortitudinem, et qui videntur in saeculo esse quasi nihili, virtutem roburque multiplicat, sive juxta LXX, qui tribuit non dolentibus moerorem, est enim tristitia quae ducit ad mortem, et est tristitia quae ducit ad vitam. Unde his qui habent cor impoenitens, dat tristitiam ut peccata sua intelligant. Et quia multi gaudent in corporis sanitate, et adolescentiam atque pueritiam putant esse perpetuam, jungit et dicit, quod florens aetas cito concidat, et corpora robusta marcescant. Qui autem non in suis viribus, sed in Deo habeant fiduciam, et ejus semper misericordiam praestolentur, mutent fortitudinem, et vadant de virtute in virtutem: et assumant pennas sicut aquilae, et audiant: Renovabitur sicut aquilae juventus tua (Ps. CII, 5); currant ad Dominum, et ejus desiderio non laborent; ambulent, et numquam deficiant. Crebro diximus, aquilarum senectutem revirescere mutatione pennarum, et solas esse quae jubar solis aspiciant et splendorem radiorum ejus possint micantibus oculis intueri: pullosque suos an generosi sint, hoc experimento probent. Itaque et sanctos repuerascere, et assumpto immortali corpore, laborem non sentire mortalium, sed rapi in nubibus obviam Christo, et nequaquam juxta LXX esurire, quia praesentem Dominum habeant cibum.

Siendo tanta la magnitud de Dios Omnipotente que nada se le oculta y todas las cosas se gobiernan por su arbitrio, ¿por qué dices Jacob, esto es, las dos tribus que se llamaban Judá; y hablas Israel, las otras diez tribus en Samaria, que ya habéis sido llevadas cautivas a los asirios: «Mi camino está oculto para el Señor, y de mi Dios mi juicio pasará de largo»? Y el sentido es: Decís que las cosas terrenas no pertenecen a Dios, ni considera qué hace cada uno de nosotros. De donde también somos oprimidos injustamente por los enemigos, y en semejanza de jumentos y peces, según Habacuc, somos dispersados sin ningún rector (Hab. 1). A los cuales respondió Dios: «¿Acaso no sabes?»; ni las palabras de las Escrituras precedentes te enseñaron, o según los LXX ignoras porque no has oído, que el Dios eterno y Señor Creador de todo todo lo conoce, todo lo contiene, todo lo dispensa con su majestad. ¿Ni alguna vez desfallece, ni trabaja, para que no entienda tu juicio y estén ocultas de él tus vías? Ni hay, dice, investigación de su sabiduría; de cuyo lugar creo que ha sido tomado aquello del Apóstol: «Incomprensibles sus juicios e ininvestigables sus vías» (Rom. 11, 33); o, como tradujeron los LXX, «no tendrá hambre y no trabajará». Pues donde hay comida, allí frecuentemente hay hambre si quitas la comida; y donde hay hambre, allí también trabajo. Pero como en Dios esto no se da, ¿por qué le unís pasiones humanas? Más bien él mismo da fortaleza a los hambrientos y cansados, y a los que parecen ser en el siglo como nada, les multiplica la virtud y el roble; o según los LXX, que atribuye «pesadumbre a los que no se duelen», pues hay una tristeza que conduce a la muerte y hay una tristeza que conduce a la vida. De donde a los que tienen un corazón impenitente les da tristeza para que entiendan sus pecados. Y porque muchos se gozan en la sanidad del cuerpo y piensan que la adolescencia y la niñez son perpetuas, añade y dice que la edad floreciente cae pronto y los cuerpos robustos se marchitan. Los que, empero, no en sus propias fuerzas, sino en Dios tienen confianza y esperan siempre su misericordia, muden su fortaleza y vayan de virtud en virtud: y asuman plumas como águilas, y oigan: «Se renovará como la del águila tu juventud» (Sal. 102, 5); corran hacia el Señor y por el deseo de él no trabajen; caminen y nunca desfallezcan. Frecuentemente hemos dicho que la vejez de las águilas reverdece por el cambio de las plumas, y que son las únicas que miran el rayo del sol y pueden contemplar el esplendor de sus rayos con ojos centelleantes: y prueben a sus polluelos si son generosos con este experimento. Así también los santos rejuvenecen y, asumido el cuerpo inmortal, no sienten el trabajo de los mortales, sino que son arrebatados en las nubes al encuentro de Cristo, y de ninguna manera según los LXX tienen hambre, porque tienen al Señor presente como alimento.

(Cap. XLI.---Vers. 1 seqq.) Taceant ad me insulae, et gentes mutent fortitudinem: accedant, et tunc loquantur: simul ad judicium propinquemus. Quis suscitavit ab Oriente Justum: vocavit eum ut sequeretur se? Dabit in conspectu ejus gentes, et reges obtinebit. Dabit quasi pulverem gladio ejus, sicut stipulam vento raptam arcui illius. Persequetur eos: transibit in pace, semita in pedibus ejus non apparebit. Quis haec operatus est et fecit: vocans generationes ab exordio? Ego Dominus, primus et novissimus ego sum. Viderunt insulae, et timuerunt: extrema terrae obstupuerunt, appropinquaverunt et accesserunt. Unusquisque proximo suo auxiliabitur: et fratri suo dicet [Al. dicit], Confortare. Confortavit [Al. confortabit] faber aerarius percutiens malleo eum qui cudebat tunc temporis, dicens, glutino bonum est: et confortavit eum in clavis, ut non moveatur [Al. moveretur]. LXX: Innovamini ad me insulae, principes enim mutabunt virtutem: appropinquent et loquantur simul: tunc judicium annuntient: Quis suscitavit de Oriente justitiam: vocavit eam ad pedes suos et vadet? Dabit in conspectu gentium: et reges in stuporem mittet, et dabit in terram gladios eorum: et sicut stipulam projectam arcus eorum: et persequetur eos, transibit in pace via pedum ejus. Quis operatus est et fecit haec? vocabit eam, qui vocat eam a generationum principio. Ego Deus primus, et in haec quae ventura sunt ego sum. Viderunt gentes et timuerunt: termini terrae obstupuerunt 496 et accesserunt: venerunt simul, judicans unusquisque proximo suo auxiliari et fratri: et dicet: praevaluit vir artifex et aerarius percutiens malleo simul producens: aliquando quidem dicit, solidatio bona est. Confortaverunt ea, in clavis ponent ea: et non movebuntur.

Gentes, id est, insulae, quae falsis amarisque hujus saeculi tunduntur fluctibus, jubentur audire et ora concludere, et illud nosse quod ad Israel dictum est: Audi, Israel, et tace; et mutare fortitudinem, ne per imbecillitatem pristinam, Dei non possint audire sermonem, ut accedant prius ad Dominum, et quod non sint propria salute contentae; sed quod didicerint, caeteros doceant, et cum Domino disputent, utrum omnium Deus justa servaverit. Sic autem interrogat eos, et ad respondendum provocat, ut interrogatione doceat quod ignorant: Quis suscitavit ab Oriente justum, sive justitiam? Neque enim Judaeorum tantum Deus, sed et gentium, qui vocavit Christum Dominum Salvatorem, qui factus est nobis sapientia a Deo, justitia et sanctitas, et redemptio (I Cor. I). In quo juxta eumdem Apostolum Dei justitia revelatur (Ibid.). Vocavit autem eum, ut se in omnibus sequeretur, et opera Patris faceret; et illud impleret dicens: Deus, ut facerem voluntatem tuam volui (Ps. XXXIX, 9). In hujus conspectu reges et gentes colla submittent, et gladio illius ac sagittis adversariae potestates, quasi stipula subjicientur, et pulvis.

(Cap. XLI.---Vers. 1 sigs.) Callen ante mí las islas, y las gentes muden fortaleza: acérquense, y entonces hablen: juntos acerquémonos al juicio. ¿Quién suscitó del Oriente al Justo: lo llamó para que lo siguiera? Dará en su presencia a las gentes, y obtendrá a los reyes. Los dará como polvo a su espada, como estopa arrebatada por el viento a su arco. Los perseguirá: pasará en paz, la senda en sus pies no aparecerá. ¿Quién obró y hizo estas cosas: llamando a las generaciones desde el principio? Yo el Señor, el primero y el novísimo soy yo. Vieron las islas, y temieron: los extremos de la tierra se estupendecieron, se aproximaron y se acercaron. Cada uno auxiliará a su prójimo: y a su hermano dirá [Al. dice]: Confortate. Confortó [Al. confortará] el herrero golpeando con el martillo al que forjaba en aquel tiempo, diciendo: con el pegamento es bueno: y lo confortó con clavos, para que no se mueva [Al. se moviera]. LXX: Renuévense ante mí las islas, pues los príncipes mudarán la virtud: aproxímense y hablen juntos: entonces anuncien el juicio: ¿Quién suscitó de Oriente la justicia: la llamó a sus pies y andará? Dará en presencia de las gentes: y enviará a los reyes al estupor, y dará a la tierra sus espadas: y como estopa arrojada sus arcos: y los perseguirá, pasará en paz la vía de sus pies. ¿Quién obró y hizo estas cosas? la llamará, el que la llama desde el principio de las generaciones. Yo Dios el primero, y en estas cosas que han de venir soy yo. Vieron las gentes y temieron: los términos de la tierra se estupendecieron 496 y se acercaron: vinieron juntos, juzgando cada uno auxiliar a su prójimo y a su hermano: y dirá: prevaleció el varón artífice y el herrero golpeando con el martillo a la vez produciendo: algunas veces ciertamente dice: la soldadura es buena. Las confortaron, en clavos las pondrán: y no se moverán.

Las gentes, esto es, las islas, que son golpeadas por los falsos y amargos flujos de este siglo, se les manda oír y cerrar la boca, y conocer aquello que fue dicho a Israel: Oye, Israel, y calla; y mudar fortaleza, no sea que por la imbecilidad antigua, no puedan oír el sermón de Dios, para que se acerquen primero al Señor, y que no estén contentas con su propia salud; sino que lo que aprendieron, lo enseñen a los demás, y disputen con el Señor, si el Dios de todos ha guardado cosas justas. Así pues los interroga, y los provoca a responder, para que por la interrogación enseñe lo que ignoran: ¿Quién suscitó del Oriente al justo, o a la justicia? Pues no es solo Dios de los judíos, sino también de las gentes, el que llamó a Cristo Señor Salvador, que fue hecho para nosotros sabiduría de Dios, justicia y santidad, y redención (I Cor. I). En quien según el mismo Apóstol se revela la justicia de Dios (Ibíd.). Lo llamó, pues, para que lo siguiera en todas las cosas, y hiciera las obras del Padre; y cumpliera aquello diciendo: Dios, quise hacer tu voluntad (Sal. XXXIX, 9). En su presencia los reyes y las gentes someterán los cuellos, y a su espada y saetas las potestades adversarias, como estopa serán sometidas, y polvo.

Persequetur eos, reges videlicet et principes gentium singularum: Et pertransibit in pace, ad pacem cunctos vocans, ut reconcilientur Deo. Semita in pedibus illius non apparebit, id est, viae laborem non sentiet, nec aliquam imbecillitatis humanae lassitudinem; sed de torrente bibet in via, et propterea levabit caput (Ps. CIX). Quis, inquit, haec operatus est et fecit? Quis suscitavit justum, sive justitiam? Quis ei gentes et reges tradidit? Quis gladio ejus et arcui universa subjecit? utique ille, qui ab initio mundi haec futura praedixit, qui omnium conditor est. Et quia dixerat sciscitantis affectu: Quis suscitavit ab Oriente justum, etc., cunctis tacentibus sibi ipse respondit: Ego sum Dominus, primus et novissimus ego sum. Ipse est qui et in Apocalypsi Joannis 497 loquitur: Ego sum alpha et ω, principium et finis (Apoc. I, 8; et XXII, 13). Viderunt insulae, id est, gentes, sive Ecclesiae de gentibus congregatae, quae mundi hujus sustinent tempestates; et timuerunt Dominum: Principium enim sapientiae timor Domini (Prov. IX, 10). Omnes terrarum termini ad Apostolorum verba tremuerunt, appropinquantes, et ad Christi Evangelium pariter accedentes. Cumque seipsos cernerent esse salvatos, id quod supra audierant: accedant, et tunc loquantur, opere compleverunt; ut auxiliarentur proximis suis, et fratres suos vellent in Domino confortare, et dicerent eis: Recedite ab idolis, simulacra daemonum antiqua contemnite, quae humana finxit manus, quae malleo cudente producta sunt, quae compacta glutino, quae stabilita clavis, ut non moveantur; et cum steterint, ambulare non valeant.

Quae nos super persona Christi et vocatione gentium et praedicatione Evangelii atque idolorum condemnatione interpretati sumus, quidam ad Cyrum regem Persarum referunt, quod suscitaverit eum adversum Babylonios de Oriente, et parere suae fecerit jussioni, prosternens ei gentes plurimas, et gladio illius et arcui cuncta subjiciens: et caetera quae sequuntur ad ejus personam referunt, quod scilicet Babyloniis idola sua non profuerint, quae humano facta sunt studio, et arte aerarii suscitata. Nonnulli Hebraeorum de Abraham dictum putant, qui vocatus sit justus ab Oriente, id est, de Chaldaeis, eo quod solus justus inventus est; et secutus est eum, egrediens de patria sua in terram quam nesciebat, et tradiderit reges in manu ejus, qui adversum Sodomam et Gomorram venerant; et ante gladium ejus et arcum fecerit eos esse quasi stipulam et pulverem; persecutusque sit illos, et reversus in pace, et longi itineris cursum non senserit, et hoc non suis viribus, sed Domini fecerit misericordia, qui ab initio haec futura cognoverit.

Los perseguirá, a saber, a los reyes y príncipes de cada una de las gentes: Y pasará en paz, llamando a todos a la paz, para que se reconcilien con Dios. La senda en sus pies no aparecerá, esto es, no sentirá el trabajo del camino, ni ninguna lasitud de la imbecilidad humana; sino que beberá del torrente en el camino, y por eso levantará la cabeza (Sal. CIX). ¿Quién, dice, obró y hizo estas cosas? ¿Quién suscitó al justo, o a la justicia? ¿Quién le entregó las gentes y los reyes? ¿Quién sometió a su espada y arco todas las cosas? ciertamente aquel que desde el principio del mundo predijo estas cosas futuras, que es el creador de todos. Y porque había dicho con afecto de quien pregunta: ¿Quién suscitó del Oriente al justo, etc., callando todos se respondió a sí mismo: Yo soy el Señor, el primero y el novísimo soy yo. Él mismo es el que también en el Apocalipsis de Juan 497 habla: Yo soy el alfa y la omega, principio y fin (Apoc. I, 8; y XXII, 13). Vieron las islas, esto es, las gentes, o las Iglesias congregadas de las gentes, que sostienen las tempestades de este mundo; y temieron al Señor: Pues el principio de la sabiduría es el temor del Señor (Prov. IX, 10). Todos los términos de las tierras temblaron ante las palabras de los Apóstoles, aproximándose, y acercándose pariter al Evangelio de Cristo. Y cuando se vieron a sí mismos salvados, aquello que arriba habían oído: acérquense, y entonces hablen, lo completaron con la obra; para que auxiliaran a sus prójimos, y quisieran confortar en el Señor a sus hermanos, y les dijeran: Apartaos de los ídolos, despreciad los simulacros antiguos de los demonios, que fingió la mano humana, que fueron producidos por el martillo que golpea, que compactados con pegamento, que estabilizados con clavos, para que no se muevan; y cuando estén en pie, no puedan caminar.

Lo que nosotros hemos interpretado sobre la persona de Cristo y la vocación de las gentes y la predicación del Evangelio y la condenación de los ídolos, algunos lo refieren a Ciro rey de los persas, que lo suscitó contra los babilonios del Oriente, y lo hizo obedecer a su mandato, postrando ante él muchísimas gentes, y sometiendo todas las cosas a su espada y arco: y las demás cosas que siguen las refieren a su persona, a saber, que a los babilonios no les aprovecharon sus ídolos, que fueron hechos por el estudio humano, y suscitados por el arte del herrero. Algunos de los hebreos piensan que se dijo de Abraham, que fue llamado justo del Oriente, esto es, de los caldeos, por cuanto solo él fue hallado justo; y lo siguió, saliendo de su patria a la tierra que no conocía, y entregó los reyes en su mano, que habían venido contra Sodoma y Gomorra; y ante su espada y arco los hizo ser como estopa y polvo; y los persiguió, y regresó en paz, y no sintió el curso del largo itinerario, y esto no por sus fuerzas, sino por la misericordia del Señor, que desde el principio conoció estas cosas futuras.

Viderunt, ait, insulae, id est, gentes in circuitu, et illius virtute perterritae sunt: et extrema terrae. Sem videlicet filius Noe, qui tempore extremo terrarum cum patre et cum fratribus de Diluvio evaserat; et usque ad tempus illud fuerat reservatus (Genes. XIV): quem Melchisedec intelligi volunt, 498 et venisse obviam Abraham de praelio revertenti, et accepisse, et benedixisse ei, et eum Dei benedictionibus corroborasse: ipsumque esse fabrum aerarium qui Abraham conflaverit, et malleo suae artis ad meliora produxerit: et dixisse ei, Bonum est, ut timore Domini glutineris et jungaris ei. Et confortavit eum, sive solidavit in clavis praeceptorum Domini, ut non moveretur, sed in timore illius permaneret.

(Vers. 8 seqq.) Et tu, Israel serve meus, Jacob quem elegi, semen Abraham amici mei. In quo apprehendi te ab extremis terrae, et a longinquis ejus vocavi te, et dixi tibi: Servus meus es tu: elegi te, et non abjeci te. Ne timeas, quia tecum sum ego: ne declines, quia ego Deus tuus, confortavi te, et auxiliatus sum tui [Al. tibi]: et suscepit te dextera justi mei. Ecce confundentur et erubescent omnes qui pugnant adversum te: erunt quasi non sint: et peribunt viri qui contradicunt tibi. Quaeres eos, et non invenies: viri rebelles tui erunt quasi non sint: et veluti consumptio homines bellantes adversum te. Quia ego Dominus Deus tuus apprehendi manum tuam, dicens tibi: Ne timeas, ego adjuvi te. Noli timere vermis Jacob, qui mortui estis ex Israel. Ego auxiliatus sum tui, dicit Dominus: et redemptor tuus Sanctus Israel. Ego posui te quasi plaustrum triturans novum, habens rostra serrantia. Triturabis montes et comminues; et colles quasi pulverem pones. Ventilabis eos, et ventus tollet, et turbo disperget eos: et tu exsultabis in Domino, in Sancto Israel laetaberis. LXX: Tu autem Israel puer meus, Jacob, quem elegi, semen Abraham quem dilexi, quem assumpsi ab extremis terrae, et a summitatibus ejus vocavi te, et dixi tibi: Puer meus es: elegi te, et non dereliqui te. Noli timere, tecum enim sum ne erres; ego enim sum Deus tuus qui confortavi te, et auxiliatus sum tui, et roboravi te dextera justa mea. Ecce confundentur, et erubescent omnes adversarii tui: erunt enim quasi non sint: et peribunt omnes inimici tui. Quaeres eos, et non invenies, homines qui insanient in te. Erunt enim quasi non sint, et non erunt pugnantes adversum te. Quia ego Dominus Deus tuus qui teneo dexteram tuam: qui dico tibi, ne timeas Jacob, parvule Israel. Ego auxiliatus sum tui, dicit Deus: qui redimo te Sanctus Israel. Ecce feci te quasi rotas plaustri triturantis novas 499 in serrarum modum: et triturabis montes, et comminues colles: et ut pulverem pones et ventilabis, et ventus auferet eos, et tempestas disperget illos. Tu autem laetaberis in Domino et in Sanctis Israel.

Vieron, dice, las islas, esto es, las gentes en el circuito, y fueron aterrorizadas por su virtud: y los extremos de la tierra. Sem a saber hijo de Noé, que en el tiempo extremo de las tierras con el padre y con los hermanos había escapado del Diluvio; y hasta aquel tiempo había sido reservado (Gén. XIV): a quien quieren que se entienda por Melquisedec, 498 y que vino al encuentro de Abraham que regresaba de la batalla, y lo recibió, y lo bendijo, y lo corroboró con las bendiciones de Dios: y que él mismo es el herrero que forjó a Abraham, y con el martillo de su arte lo produjo a cosas mejores: y le dijo: Es bueno, para que por el temor del Señor te pegues y te unas a él. Lo confortó, o lo consolidó en los clavos de los preceptos del Señor, para que no se moviera, sino que permaneciera en su temor.

(Vers. 8 sigs.) Y tú, Israel siervo mío, Jacob a quien elegí, semilla de Abraham mi amigo. En quien te aprehendí de los extremos de la tierra, y de sus lugares lejanos te llamé, y te dije: Siervo mío eres tú: te elegí, y no te deseché. No temas, porque contigo estoy yo: no declines, porque yo soy tu Dios, te conforté, y te auxilié: y te sostuvo la diestra de mi justo. He aquí que se confundirán y se avergonzarán todos los que luchan contra ti: serán como si no fueran: y perecerán los varones que te contradicen. Los buscarás, y no los hallarás: tus varones rebeldes serán como si no fueran: y como consunción los hombres que guerrean contra ti. Porque yo el Señor tu Dios aprehendí tu mano, diciéndote: No temas, yo te ayudé. No temas, gusano de Jacob, los que estáis muertos de Israel. Yo te auxilié, dice el Señor: y tu redentor el Santo de Israel. Yo te puse como un trillo nuevo, que tiene sierras cortantes. Trillarás los montes y los desmenuzarás; y pondrás los collados como polvo. Los aventarás, y el viento los llevará, y el torbellino los dispersará: y tú te regocijarás en el Señor, en el Santo de Israel te alegrarás. LXX: Pero tú, Israel mi niño, Jacob, a quien elegí, semilla de Abraham a quien amé, a quien asumí de los extremos de la tierra, y de sus cimas te llamé, y te dije: Mi niño eres: te elegí, y no te desamparé. No temas, pues contigo estoy para que no yerres; pues yo soy tu Dios que te conforté, y te auxilié, y te robore con mi diestra justa. He aquí que se confundirán, y se avergonzarán todos tus adversarios: pues serán como si no fueran: y perecerán todos tus enemigos. Los buscarás, y no los hallarás, hombres que enloquecerán contra ti. Pues serán como si no fueran, y no habrá quienes luchen contra ti. Porque yo el Señor tu Dios que sostengo tu diestra: que te digo, no temas Jacob, pequeño Israel. Yo te auxilié, dice Dios: el que te redime Santo de Israel. He aquí que te hice como ruedas de trillo nuevas 499 a modo de sierras: y trillarás los montes, y desmenuzarás los collados: y como polvo los pondrás y los aventarás, y el viento los llevará, y la tempestad los dispersará. Pero tú te alegrarás en el Señor y en los Santos de Israel.

Jacob et Israel esse carnalem et esse spiritualem, Paulus Apostolus docet: Videte Israel secundum carnem (I Cor. X). Ex quo intelligimus esse et alterum juxta spiritum; et ad carnalem dici Israel: Si filii essetis Abraham, opera Abraham faceretis. Quibus et supra (Ad cap. XL, 27) dicitur: Quare dicis, Jacob, et loqueris, Israel: Abscondita est via mea a Domino: et a Deo meo judicium meum transivit? E contrario nunc ad spiritualem Deus loquitur Israel, qui Domini sui suscepit adventum, quem primum servum, dein electum, ad extremum semen Abraham vocat. Ante enim accepimus spiritum servitutis in timore (Rom. VIII); et postea electi, in amicitiam Dei jungimur. Post vocationem igitur gentium, quando viderunt insulae et timuerunt, extrema terrae obstupuerunt; appropinquaverunt et accesserunt, vocantur reliquiae, juxta electionem gratiae, de quibus scribit et Evangelium: Istos duodecim elegit Jesus, quos et Apostolos nominavit (Luc. VI), qui post servitutem paedagogae Legis, electi sunt in Evangelio; et semen Abraham amici Dei esse meruerunt. In illo enim apprehendit eos ab extremo terrae, et a longinquis ejus finibus vocavit Israel de universis nationibus, congregans primum populum Judaeorum, de quibus et Paulus Apostolus dicit: Vobis oportebat primum praedicari sermonem: quoniam autem avertitis nos, imus ad gentes (Act. XIII, 46). Tibi ergo, qui et servus meus, et electus meus, qui praedicaturus in gentibus es, et persecutiones plurimas perpessurus, dico ne timeas, quia tecum sum, cui loquor in Evangelio: Ecce ego vobiscum sum omnes dies, usque ad consummationem saeculi (Matth. ult., 20). Non erres, neque a veritate declines, nec te falsa persuasione decipias, quod tuis viribus imperitus et nudus, silvam gentium penetres, et ferocissimas nationes ad mansuetudinem voces. Ego sum qui confortavi te, et auxiliatus tui sum; et suscepit te, sive protexit, dextera justi mei, id est, Domini Salvatoris, sive dextera mea, ut LXX transtulerunt. Ecce enim adversarii tui, populus Judaeorum 500 et omnes qui pugnant adversum te, et persecutores tui vertentur in nihili, quaeresque adversarios tuos, et non invenies. Causaque redditur quare non inveniat adversarios suos: Quia erunt quasi non sint. Qui adversarii insanire dicuntur contra Apostolos, vel juxta Hebraicum, esse consumpti.

Idcirco autem timere non debes, quia ego apprehendi manum tuam, qui dico tibi, Ne timeas: ego adjuvi te; noli timere vermis Jacob, qui mortui estis ex Israel, sive ut LXX, paucissimi ex Israel. Hoc quod posuimus, ego adjuvi te: noli timere vermis Jacob, in LXX non habetur. Vermis autem qui Hebraice dicitur, THOLATH (תּוֹלָע), propter humilitatem atque contemptum vocatur Apostolorum chorus, imitans Salvatorem, qui loquitur in psalmo: Ego sum vermis, et non homo: opprobrium hominum, et abjectio plebis (Psal. XXI, 7).

Que Jacob e Israel son carnal y espiritual, lo enseña el Apóstol Pablo: Ved a Israel según la carne (I Cor. X). Por lo cual entendemos que existe también otro según el espíritu; y que al carnal se le dice Israel: Si fuerais hijos de Abraham, haríais las obras de Abraham. A los cuales también arriba (Al cap. XL, 27) se les dice: ¿Por qué dices, Jacob, y hablas, Israel: Mi camino está escondido del Señor: y de mi Dios pasó mi juicio? Por el contrario ahora Dios habla al Israel espiritual, que recibió el advenimiento de su Señor, a quien primero llama siervo, después elegido, y al final semilla de Abraham. Pues antes recibimos el espíritu de servidumbre en el temor (Rom. VIII); y después elegidos, nos unimos en la amistad de Dios. Después de la vocación de las gentes, por tanto, cuando las islas vieron y temieron, los extremos de la tierra se estupendecieron; se aproximaron y se acercaron, son llamadas las reliquias, según la elección de la gracia, de las cuales escribe también el Evangelio: Jesús eligió a estos doce, a quienes también nombró Apóstoles (Luc. VI), quienes después de la servidumbre de la Ley pedagoga, fueron elegidos en el Evangelio; y merecieron ser semilla de Abraham amigo de Dios. En aquel pues los aprehendió del extremo de la tierra, y de sus lejanos confines llamó a Israel de todas las naciones, congregando primero al pueblo de los judíos, de quienes también el Apóstol Pablo dice: A vosotros os convenía que primero se os predicara el sermón: pero por cuanto nos rechazáis, vamos a las gentes (Hech. XIII, 46). A ti, pues, que eres mi siervo, y mi elegido, que vas a predicar entre las gentes, y vas a padecer muchísimas persecuciones, te digo que no temas, porque contigo estoy, a quien hablo en el Evangelio: He aquí que yo estoy con vosotros todos los días, hasta la consumación del siglo (Mat. últ., 20). No yerres, ni declines de la verdad, ni te engañes con falsa persuasión, de que con tus fuerzas, imperito y desnudo, penetres la selva de las gentes, y llames a las naciones más feroces a la mansedumbre. Yo soy el que te conforté, y te auxilié; y te sostuvo, o protegió, la diestra de mi justo, esto es, del Señor Salvador, o mi diestra, como los LXX tradujeron. He aquí pues que tus adversarios, el pueblo de los judíos 500 y todos los que luchan contra ti, y tus perseguidores serán convertidos en nada, y buscarás a tus adversarios, y no los hallarás. Y se da la causa por la cual no hallará a sus adversarios: Porque serán como si no fueran. Los cuales adversarios se dice que enloquecen contra los Apóstoles, o según el hebreo, que han sido consumidos.

Por eso pues no debes temer, porque yo aprehendí tu mano, que te digo, No temas: yo te ayudé; no temas, gusano de Jacob, los que estáis muertos de Israel, o como los LXX, poquísimos de Israel. Esto que pusimos, yo te ayudé: no temas gusano de Jacob, no se tiene en los LXX. Pero el gusano que en hebreo se dice THOLATH (תּוֹלָע), por la humildad y el desprecio es llamado el coro de los Apóstoles, imitando al Salvador, que habla en el salmo: Yo soy gusano, y no hombre: oprobio de los hombres, y abyección del pueblo (Sal. XXI, 7).

Sicut enim vermis terram penetrat: ita sermo apostolicus penetravit gentium civitates, et ingressus est prius corda durissima. Et recte pauci appellantur ex Israel, quia ad comparationem totius orbis, gentis Judaicae paucissimi crediderunt, quibus in Evangelio Dominus loquitur: Noli timere grex parvulus (Luc. XII, 32). Sive juxta Hebraicum, mortui ex Israel, qui cum Apostolo dicunt: Quotidie morior (II Cor. XV, 31). Et alibi: Cum Christo crucifixus sum. Vivo autem, non ego; vivit vero in me Christus (Galat. II, 20). Quodque sequitur: Ego posui te quasi plaustrum triturans novum, habens rostra serrantia, hoc significat, quod praedicatio Evangelica conterat adversarias potestates, et spiritualem nequitiam elevantem se contra scientiam Dei: quae pro varietate superbiae montes appellantur et colles. Illisque sublatis, et turbinis more dispersis, exsultet Israel atque laetetur in Domino Sancto Israel. Possumus quoque dicere, quod ecclesiasticus vir habens evangelicae praedicationis rostra serrantia in plaustro novo, quod nequaquam operatur in vetustate litterae, sed in novitate spiritus, conterat incredulorum corda durissima: separans triticum a paleis, et montes collesque comminuens, id est, omnes haereticorum principes, qui comminuti atque contriti, redigantur in pulverem, et nihil esse doceantur, ut qui male fuerant congregati, dividantur in bonum suum.

(Vers. 17 seqq.) Egeni et pauperes quaerunt aquas, et non sunt: lingua eorum siti aruit. Ego Dominus exaudiam eos: Deus Israel non derelinquam illos. Aperiam in supinis collibus flumina: et in medio camporum fontes. Ponam desertum in stagnum aquarum et terram inviam in rivos aquarum. Dabo in solitudine cedrum et spinam, et myrtum, et lignum olivae. Ponam in deserto abietem, ulmum, et buxum simul: ut videant, et sciant, et recogitent, et intelligant pariter, quia manus Domini fecit hoc, et Sanctus Israel creavit illud. LXX: Et exsultabunt pauperes et inopes: quaerent enim aquam, et non erit: lingua eorum prae siti exaruit. Ego Dominus Deus exaudiam ipsos Deus Israel: et non derelinquam eos: sed aperiam in montibus flumina, et in medio camporum fontes: faciam desertum in paludes, et sitientem terram in aquaeductus. Ponam in terram absque aqua cedrum, et buxum, et myrtum, et cyparissum, et populum: ut videant, et sciant, et cogitent, et noverint simul quia manus Domini fecit haec, et Sanctus Israel ostendit.

Como pues el gusano penetra la tierra: así el sermón apostólico penetró las ciudades de las gentes, e ingresó primero en los corazones más duros. Y rectamente son llamados pocos de Israel, porque en comparación con todo el orbe, poquísimos de la nación judaica creyeron, a quienes en el Evangelio el Señor habla: No temas rebaño pequeñuelo (Luc. XII, 32). O según el hebreo, muertos de Israel, que con el Apóstol dicen: Cada día muero (I Cor. XV, 31). Y en otro lugar: Con Cristo estoy crucificado. Vivo yo, pero no yo; sino que vive en mí Cristo (Gál. II, 20). Y lo que sigue: Yo te puse como un trillo nuevo, que tiene sierras cortantes, esto significa que la predicación evangélica quebranta las potestades adversarias, y la malicia espiritual que se eleva contra la ciencia de Dios: las cuales por la variedad de la soberbia son llamadas montes y collados. Y habiendo sido estos quitados, y dispersados a modo de torbellino, exulte Israel y alégrese en el Señor Santo de Israel. Podemos también decir que el varón eclesiástico que tiene las sierras cortantes de la predicación evangélica en el trillo nuevo, que de ninguna manera obra en la vetustez de la letra, sino en la novedad del espíritu, quebranta los corazones más duros de los incrédulos: separando el trigo de la paja, y desmenuzando los montes y collados, esto es, a todos los príncipes de los herejes, que desmenuzados y contritos, sean reducidos a polvo, y se enseñe que no son nada, para que quienes mal habían sido congregados, sean divididos para su bien.

(Vers. 17 sigs.) Los necesitados y los pobres buscan aguas, y no las hay: su lengua por la sed se secó. Yo el Señor los escucharé: Dios de Israel, no los desampararé. Abriré en los collados inclinados ríos: y en medio de los campos fuentes. Pondré el desierto en estanque de aguas y la tierra inviable en arroyos de aguas. Daré en la soledad el cedro y la espina, y el mirto, y el leño de olivo. Pondré en el desierto el abeto, el olmo y el boj a la vez: para que vean, y sepan, y recapaciten, y entiendan pariter, que la mano del Señor hizo esto, y el Santo de Israel lo creó. LXX: Y se regocijarán los pobres y los indigentes: pues buscarán agua, y no habrá: su lengua por la sed se secó del todo. Yo el Señor Dios los escucharé Dios de Israel: y no los desampararé: sino que abriré en los montes ríos, y en medio de los campos fuentes: haré el desierto en pantanos, y la tierra sedienta en acueductos. Pondré en la tierra sin agua el cedro, y el boj, y el mirto, y el ciprés, y el álamo: para que vean, y sepan, y piensen, y conozcan juntos que la mano del Señor hizo estas cosas, y el Santo de Israel las mostró.

Gentium populus pauper et tenuis, qui non habebat scientiam veritatis, quaerit per diversos magistros, et varia Philosophorum dogmata aquas salubres: et non invenit, quia non sunt; lingua eorum siti aruit, sine Lege ac Prophetis. Omnem enim juxta Evangelii fidem, substantiam suam in medicos comsumpserat (Luc. VIII); et a cruore idololatriae, et sanguine victimarum non poterat liberari. Propterea Dominus Deus Israel non eos penitus dereliquit, nec in aeternum perire passus est; sed aperuit in supinis collibus, sive in montibus flumina, et in medio camporum fontes. Quae flumina ex illo fluvio duxere principium, qui in Psalmis legitur: Fluminis impetus laetificat civitatem Dei (Ps. XLV, 4). Et in alio loco: Fluvius Dei repletus est aquis. Quae aquae et fontes de illo fonte manarunt, qui per Jeremiam loquitur: Me dereliquerunt fontem aquae vivae (Jerem. II, 13). Et supra in hoc eodem Propheta dicitur: Bibent aquas de fontibus Salvatoris. De quibus et in Psalmis canitur: Benedicite Dominum Deum de fontibus Israel (Ps. LXVII, 27). Et posuit, inquit, desertum in stagnum aquarum, et terram inviam in rivos aquarum. De quibus aquis et Salvator in Evangelio mystico sermone dicebat (Joan. IV, 13, 14): Qui biberit de 502 aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in aeternum: sed aqua quam ego dedero ei, fiet in eo fons aquae salientis in vitam aeternam. Et iterum: Si quis sitit, veniat ad me et bibat. Qui biberit de aqua quam ego dabo ei, flumina de ventre ejus fluent aquae vivae (Idem. VII, 37, 38, 39). Hoc autem, inquit Evangelista, dicebat de Spiritu Sancto, quem credentes in eo accepturi erant.

Quia igitur deserta quondam Ecclesiae multitudo, aquis vitalibus fuerat irrigata, propterea juxta LXX nascuntur in ea cedrus, et buxus, et myrtus, et cyparissus, et populus: juxta Hebraicum, et caeteros Interpretes, cedrus, setta, et myrtus, et lignum olivae, et abies, et ulmus et buxum simul. Quae varietates arborum, diversitatem significant gratiae spiritualis. Et quia omnibus natura earum nota est, de SETTA (שִׁטָּה) tantum Hebraico edisseramus, quam spinam Theodotio transtulit. Est autem genus arboris nascentis in eremo, spinae albae habens similitudinem; unde omnia ligna arcae, et tabernaculi facta sunt instrumenta, quae appellantur Settim (Exod. XXXVII): quod lignum imputribile et levissimum, omnium lignorum, tam in fortitudine quam in nitore, soliditatem superat et pulchritudinem. Cedrus autem et cyparissus, et myrtus, odoris optimi sunt, et imputribiles. Ulmus quoque et populus, sive buxus, vel maritandis vitibus junguntur, vel ad diversa opera aptissimae sunt. Haec autem omnia pariter ponuntur in solitudine, ne saltem una chorda de cithara Domini, et aliqua virtus gratiarum Ecclesiae deesse videatur. Ut omnes intelligant, et pariter mente cognoscant, quia manus Domini haec universa perfecerit, ut in ariditate gentium invenirentur fluenta virtutum, et in terra quondam deserta plenaque salsuginis, cedrus et cyparissus, et aliae arbores nascerentur, quarum sublimitatem et verticem ad coelestia festinantem, illuminaret lignum olivae, quod nutrimentum lucis est, et laborantium requies.

El pueblo de las gentes pobre y tenue, que no tenía la ciencia de la verdad, busca por diversos maestros, y variados dogmas de los filósofos aguas salubres: y no las halla, porque no las hay; su lengua por la sed se secó, sin la Ley ni los Profetas. Pues toda su sustancia, según la fe del Evangelio, la había consumido en médicos (Luc. VIII); y de la sangre de la idolatría, y la sangre de las víctimas no podía ser liberado. Por eso el Señor Dios de Israel no los desamparó del todo, ni permitió que perecieran para siempre; sino que abrió en los collados inclinados, o en los montes ríos, y en medio de los campos fuentes. Los cuales ríos trajeron su principio de aquel flujo, que en los Salmos se lee: El ímpetu del río alegra la ciudad de Dios (Sal. XLV, 4). Y en otro lugar: El río de Dios está lleno de aguas. Las cuales aguas y fuentes manaron de aquella fuente, que por Jeremías habla: Me abandonaron a mí fuente de agua viva (Jer. II, 13). Y arriba en este mismo Profeta se dice: Beberán aguas de las fuentes del Salvador. De las cuales también en los Salmos se canta: Bendecid al Señor Dios de las fuentes de Israel (Sal. LXVII, 27). Y puso, dice, el desierto en estanque de aguas, y la tierra inviable en arroyos de aguas. De las cuales aguas también el Salvador en el Evangelio en sermón místico decía (Juan IV, 13, 14): El que bebiere de la 502 agua, que yo le daré, no tendrá sed para siempre: sino que la agua que yo le daré, se hará en él fuente de agua que salta para la vida eterna. Y otra vez: Si alguno tiene sed, venga a mí y beba. El que bebiere de la agua que yo le daré, ríos de su vientre fluirán de agua viva (Ibíd. VII, 37, 38, 39). Pero esto, dice el Evangelista, decía del Espíritu Santo, que los creyentes en él iban a recibir.

Porque por tanto la desierta en otro tiempo multitud de la Iglesia, había sido irrigada con aguas vitales, por eso según los LXX nacen en ella el cedro, y el boj, y el mirto, y el ciprés, y el álamo: según el hebreo, y los demás intérpretes, el cedro, la acacia (setta), y el mirto, y el leño de olivo, y el abeto, y el olmo y el boj a la vez. Las cuales variedades de árboles, significan la diversidad de la gracia espiritual. Y porque a todos es conocida la naturaleza de ellos, disertemos sobre la SETTA (שִׁטָּה) solo del hebreo, que Teodoción tradujo como espina. Es pues un género de árbol que nace en el ermo, que tiene similitud con la espina blanca; de donde todos los leños del arca, y los instrumentos del tabernáculo fueron hechos, que se llaman Settim (Éx. XXXVII): el cual leño imputrescible y ligerísimo, supera la solidez y hermosura de todos los leños, tanto en fortaleza como en brillo. Pero el cedro y el ciprés, y el mirto, son de óptimo olor, e imputrescibles. El olmo también y el álamo, o el boj, o se unen a las vides para casarlas, o son aptísimas para diversas obras. Pero todas estas cosas pariter se ponen en la soledad, para que ni siquiera una cuerda de la cítara del Señor, y alguna virtud de las gracias parezca faltar a la Iglesia. Para que todos entiendan, y pariter conozcan con la mente, que la mano del Señor ha perfeccionado todas estas cosas, para que en la aridez de las gentes se hallaran fluentes de virtudes, y en la tierra en otro tiempo desierta y llena de salinidad, nacieran el cedro y el ciprés, y otros árboles, cuya sublimidad y cima que se apresura a las cosas celestiales, iluminara el leño de olivo, que es nutrimento de luz, y descanso de los que trabajan.

(Vers. 21 seqq.) Prope facite judicium vestrum, dicit Dominus: afferte si quid forte habetis, dixit rex Jacob. Accedant, et nuntient nobis quaecumque ventura sunt: priora quae fuerunt, nuntiate: et ponemus cor nostrum, et sciemus novissima eorum: et [Al. haec] quae ventura sunt, indicate nobis. Annuntiate quae ventura sunt in futurum: et sciemus quia dii estis vos. Bene quoque aut male si potestis, facite, et loquamur, et videamus simul. Ecce vos estis pro nihili [Vulg. ex nihilo]: et opus vestrum ex eo quod non est: abominatio est qui elegit vos. LXX: Juxta est judicium vestrum, dicit Dominus Deus: venerunt et appropinquaverunt consilia vestra, dicit rex Jacob. Appropinquent [Al. accedant] et annuntient nobis quae ventura sunt: aut priora quae erant dicite: et apponemus sensum: et sciemus quae sunt novissima. Ventura quoque dicite nobis, et annuntiate quae ventura sunt in novissimo: et sciemus quoniam dii estis. Bene facite et male, et admirabimur: et videbimus simul unde sitis vos, et unde sit opus vestrum: de terra abominationum elegerunt vos.

Quomodo supra diximus, duplicem esse Jacob et Israel, non credentium atque credentium in Dominum Salvatorem: ita vocatis gentibus, et in deserto quondam Ecclesiae erumpentibus fluviis fontibusque, et mirum in modum comante varietate arborum, cunctis ubertate plenissimis, qui in Christum ex gentibus credere noluerunt, provocantur ad judicium, ut respondeant cur videre, et scire et recogitare, et intelligere noluerint, quia manus Domini ista fecerit, et Sanctus Israel creaverit universa. Accedant, inquit, idola vestra, quae putatis esse fortissima. Vel afferte, si quid forte habetis in vobis; et vestra aperite consilia, qua ratione, quo sensu nolueritis apertam suscipere veritatem. Simulque fit apostropha ad ipsa idola, quae insensibilia sunt, et nec audiendi, nec respondendi possident facultatem. Dicite, inquit, nobis vel praeterita, vel futura, et ex rerum eventibus vestram potentiam demonstrate. Hoc autem significat, quod post adventum Christi omnia idola conticuerint: ubi Apollo Delphicus, et Loxias, Deliusque, et Clarius, et caetera idola, futurorum scientiam pollicentia, quae reges potentissimos deceperunt? Cur de Christo nihil potuere praedicere; nihil de Apostolis ejus; nihil de ruinis et abolitione templorum? Si ergo suum interitum non potuere praedicere, quomodo aliena, vel mala, vel bona potuerunt [Al. potuerint] nuntiare? Quod si aliquis dixerit, multa ab idolis esse praedicta, hoc sciendum quod semper mendacium junxerint veritati, et sic sententias temperarint, ut seu boni seu mali quid accidisset, utrumque posset intelligi. Ut est illud Pyrrhi regis Epirotarum: Aio te, Aeacida, Romanos vincere posse. Et Croesi: Craesus transgressus Halym maxima regna perdet.

(Vers. 21 sigs.) Acercaos a vuestro juicio, dice el Señor: traed si por ventura tenéis algo, dijo el rey Jacob. Acérquense, y anúnciennos cualesquiera cosas que han de venir: las cosas anteriores que fueron, anunciadlas: y pondremos nuestro corazón, y sabremos lo novísimo de ellas: y [Al. estas] cosas que han de venir, indicádnoslas. Anunciad las cosas que han de venir en el futuro: y sabremos que sois dioses vosotros. Haced también bien o mal si podéis, y hablemos, y veamos juntos. He aquí que vosotros sois para nada [Vulg. de la nada]: y vuestra obra de aquello que no es: abominación es el que os eligió. LXX: Cerca está vuestro juicio, dice el Señor Dios: vinieron y se aproximaron vuestros consejos, dice el rey Jacob. Aproxímense [Al. acérquense] y anúnciennos las cosas que han de venir: o decid las cosas anteriores que eran: y pondremos el sentido: y sabremos cuáles son las novísimas. Decidnos también las cosas venideras, y anunciad las cosas que han de venir en lo novísimo: y sabremos que sois dioses. Haced el bien y el mal, y nos admiraremos: y veremos juntos de dónde sois vosotros, y de dónde es vuestra obra: de la tierra de las abominaciones os eligieron.

